MODVS LEGENDI ABBREVIATVRAS PASSIM IN

Iure tam Ciuili quàm Pontificio occurrentes, nunc primùm integritati suæ restitutus.

HVIC ACCESSERE,

TITVLI, quæ & Rubricæ vulgò nuncupantur, in vniuersum Ius Ciuile, ex HALOANDRI recognitione adscripti.

Adiunximus præterea libellum, qui Flores Legum inscribitur, cum additionibus, & concordantijs Doctorum.



LVGDVNI.
Apud Antonium Vincentium.
1562

ETSI Imperatoris testimonio laudabilior sit, qui factum subtilius emendat, quàm qui adinuenit: laude tamen non minima afficiendos eos arbitror, qui primas bonarum artium promulgationes, summa cum lucubratione sequacibus delegauerunt: quoniam, vt testatur Philosophus, nedum iis, quibus perfectè, sed & iis, ex quorum imperfecto opere adinuento ad veram Philosophiæ lucem tandem ventum est, gratiæ sunt porrigendæ. Quamobrem cùm libellus, qui Modus legendi in vtroque Iure dicitur, opus equidem primò Iuris cunabula introeuntibus ne dicam vtile, imò necessarium, plurimis tam diminutè tum superfluè positis vndequaque antea notaretur: vt tandem Iuris studiosi consultius securiúsque inhærerent operi, factum est hoc idem opus correctum, emendatum, omni denique superfluitatis seu diminutionis macula vitióque purgatum: vt per hæc, quæ sequuntur scripta, omnibus luculentissimè pandatur.

MOD

MODVS LEGENDI ABBREuiaturas, tam in libris Iuris Ciuilis quàm Pontificij passim occurrentes.

QVIA præposterus est ordo prius humana petere subsidia, ut illis deficientibus, diuini fauoris gratia postuletur: ut de cõse. dist. j. c. omnis Christianus in fi. & in prin. Apparatus Io. Andr. lib. v. imò uix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. lxj. dist. c. miramur. .q. j. principatus. & c cum Paulus ideò diuino primitus implorato præsidio, cũ Iuris utriusque scientia tam legũ quàm canonum prætiosissima, non adminiculatiua, sed principalis & sacratissima, imò diuinitus inspirata sit, maximè competens principibus, comitibus, baronibus, militibus, cæteris q; nobilibus, clericis atq; generosis personis iurisdictionum, & iurium ipsorum manutentionem habentibus. statui, ut huius utriusque iuris, scilicet Canonici & Ciuilis notitiam aggredi uolentibus, tam in legẽdo, quàm in studendo, facilis, breuis & planissimus pateat accessus in textibus, apparatibus, summis, glossis, recollectis, & omnibus abbreuiaturis legum & canonum ad Omnipotentis DEI laudem, & iuniorum scholarium, sacerdotum, & Iuris alumnorum institutionem: quæ aliter fieri non habet, quàm illorum informatio quos scholasticis doctrinis scholas fortè regendo sua laboriosius oporteat quærere nutrimenta. Attento quòd omnis processus artium & scientiarum generatiuus ordinem in se debet habere, & propter uitæ humanæ insufficientiam breuitatem continere: talem ut sequitur breuissimũ instruendi modum obseruandum esse censeo pædagogis nobiliũ: salua tamen emẽdatione meliorantium rationabiliter hunc discẽdi modum. Præhabitis ergo scholasticis disciplinis, & puerilibus eruditionibus in Donato, casualibus & temporalibus, in

Alexandri partibus ambabus, declinationibus, coniugationibus, & constructionis ordine, cum moralibus authoribus Catone uel Faceto &c. non per uitæ medietatem liberalibus & adminiculatiuis artibus insistendo, ut sunt Grammatica, Logica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia: sed his compendiose transcursis, principalibus scientiis, uidelicet tramiti Philosophiæ suadeo citius appropinquari: & tandem Iuri Canonico & Theologiæ, practice finaliter immorari. Nam, ut ait beatus Hieron. Illi in uanitate sensus & obscuritate mentis ambulant, qui diebus & noctibus in dialectica arte torquentur &c. ut in canone, Nonne. dist. xxxvij. ubi reprehenduntur dialectici, & rerum naturas inquirentes, necnon uersificatores. & eadem dist. c. legimus. ubi per uanam dialecticorum garrulitatem & sophistica argumenta intelligit Hieronymus cyniphes & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi.

PRIMO, præmitto nomina librorũ in utroque iure, tam Pontificio quàm Imperatorio, annectendo cuilibet horum diuisionem in libros partiales. Deinde subiungam modum allegandi in quolibet libro cum exemplorum positione de abbreuiaturis: ut introitus ad iura capessenda manifestetur, quorum ignorantia paucos excusat: iuxta regulam, Ignorantia facti non iuris excusat. ut de regulis iuris. c. ignorantia. libro vj. quæ regula duos habet articulos principales. Primus, quòd ignorantia facti quẽlibet excusat: maxime dum est ignorantia facti probabilis. Tunc enim in toto excusat ignorantem: ut in l. error facti. C. de iur. & facti ignoran. Quod enim per me non stat, mihi imputari non debet: ut in c. imputeri. de reg. iur. lib. vj. Secundus articulus est, quòd ignorantia iuris neminem excusat: quia Ius quilibet scire tenetur, & nemini licet ipsum ignorare: ut in l. regula. ff. de iur. & facti ign.

ignorã. Debemus ergo scientiam Iuris omnes appetere, ne in contemptum Dei nos incidere contingat. Nam contemptores canonum peccant in Spiritum Sanctum: cuius instinctu, nutu & gratia ipsi sacri canones æditi sunt: ut xxv. q. j. uiolatores. & cap. nulli fas.

PRO quo sciendum quòd IVS est ars boni & æqui: cuius meritò quis nos sacerdotes appellat: id est, sua iura cuilibet ministrantes. ff. de iustit. & iur. l. j. respon. ij. Est autem Ius nomen generale: & Lex est species iuris. Etiam Ius dicitur præceptum seu ordinatio principantis, uel domini circa subditos. Et sic Ius triplex distinguitur: quia talis superior principans aut est Deus: & tunc dicitur Ius diuinum. Aut est natura: & dicitur Ius naturale primæuum. Aut est homo: & tunc dicitur Ius humanum, scilicet gentium uel ciuile seu positiuum. *Iuris definitio.* *Sacerdotes iuris.*

IVS naturale est commune omni nationi: eò quòd ubique instinctu naturæ non aliqua constitutione habetur: ut maris & fœminæ coniunctio, puerorum educatio, communis omnium possessio: quia iure naturali omnia sunt communia, id est, communicanda tempore necessitatis. Nemo enim proprium dicat, quod commune est, ut dist. xvij. c. sicut hi. in medio. & illud ius æquissimum est: quia eius præcepta in lege, & Euangelio continentur: ut, Quod tibi uis fieri mihi fac: quod non tibi, noli. Sic potes in terris uiuere iure poli. ut dist. j. in prin. dist. l. pōderet. alias cōsideret. ij. q. vj. Decreto. de maio. & obed. dilecti. ubi includitur: Non furtum facies. Non mœchaberis. Non occides. Non suscipies uocem mendacij. Exodi xx. & xxiiij. Deute. v. c. Ozee. vij. c. cum multis similibus. Hoc ius cœpit ab exordio rationalis creaturæ, nec uariatur tempore: sed est immutabile, plenum & perfectum. dist. v. in prin. & dist. viij. in prin. Sed Ius positiuum, est constitutio *Ius naturale.* *Ius positiuum.*

hominis uariabilis & imperfecta. Et subdiuiditur in Canonicum & Ciuile. Nam sicut ex duobus componitur homo scilicet materia & forma: sic duæ sunt dignitates in Ecclesia militante, scilicet Pontificalis authoritas, & Imperialis potestas, ut de maior. & obed. c. solitæ. Ex quibus iura duplicia prodierunt. Papa enim est conditor Canonum, & Imperator Legum. Ex quo iam patet causa efficiens utriusque iuris. Sed causa materialis iuris positiui, est Leges & Canones, Decreta seu Decretales epistolæ: circa quæ omnia uersatur ipsum ius. Et coincidit communiter causa materialis cum subiecto. Vnde subiectam Iuris Canonici est bonum ecclesiasticum fidelium directiuum, decisionem singulorum negotiorum continens, rerum ecclesiasticarum utilitatem conseruans. Vel est homo catholicus dirigibilis de iure canonico in bonum humanum similiter & diuinum. Nam sicut scientia supponitur scientiæ, ita subiectum subiecto. Et philosophiæ moralis, cui scientia iuris utriusque subordinatur, subiectum est bonum humanum: igitur &c. sic subiectum Iuris Ciuilis est homo politicus, constitutionibus legalibus dirigibilis simpliciter in bonum humanum ad Reipublicæ utilitatem conseruandam. Causa finalis satis patet ex dictis. Nam finis iuris est bonos & scientes efficere, non metu solùm pœnarum, uerùm etiam exhortatione præmiorum. Causa uerò formalis duplex est, scilicet forma tractandi, quæ est modus agendi: ut definitiuus, diuisiuus, perceptiuus, perhibitiuus, & exemplorii positiuus. Et forma tractatus, quæ consistit in diuisione librorum totalium in partiales: & partialium in titulos seu rubricas: & titulorum in capitula, leges, paragraphos, uel responsa, & cætera, ut infrà dicetur.

Iuris canonici subiectum.

Ius Canonicum.

IVS Canonicum in quatuor libris principalibus nobis est traditum. Primus liber Iuris Canonici, est Decretum. Secundus,

cundus, Decretales. Tertius, Sextus liber. Et quartus, Clementinæ, scilicet Constitutiones. Pro quo sciendum quòd differentia est inter Decretum, Canonem, & Decretalem epistolam. Hæc differentia notatur dist. iij. §. porrò. ubi dicit Gratianus: Canonum alij sunt decreta Pontificũ, alij statuta Conciliorum. Nam Canon proprie dicitur statutum in Concilio generali, uel prouinciali factum authoritate episcoporum: ut de consecrat. c. j. Decretum uerò est statutum, quod Papa de consilio Cardinalium, ad nullius tamen consultationem statuit, & in scriptis redegit, ut de rescript. cap. præsenti. Hîc autem Decretum sumitur pro nomine libri: in quo Decreta sanctorum patrum dicta descripta sunt. Capitur etiam aliter Decretum de rebus eccles. non alien. cap. j. lib. vj in glossa magna, in fine, ubi ponitur differentia inter decretum, authoritatem, & consensum, uel collaudationem iudicis &c. Sed Decretalis epistola dicitur, quam Papa solus, uel de consilio Cardinalium ad cõsultationem alicuius rescribit, & respondet: ut de rescrip. cap. j. & gloss. iij. §. omnes hæ species. dist. iij. Etiam inuenitur hoc Decretale: ut xxv. quæst. j. omnia decretalia. Indifferẽter tamen Decreta, Canones, & Decretales ius Canonicum nuncupantur, uel Canones, & unum sæpe pro reliquo sumitur. Vocatur etiam Canonica institutio aliquando dogma: quia consistit in doctrina fidei Christianæ. de consec. dist. v. c. fi. Aliquando mandatum: quia consistit in doctrina de moribus. dist. lviij. denique. Aliquando interdictum, quando nulla pœna adiicitur. de consecr. dist. iij. non oportet. Et quandoque sanctio, quando pœna additur. xxvij. q. iiij. si quis uerè. Hæc etiam Decretales in plurali numero ponimus pro libro, in quo dicta capitula, quæ etiam Decretalis dicuntur, continentur.

Canon.

Decretũ.

Decretalis epistola.

VENIO nunc ad libros. Primũ itaque librum Iuris Ca-

Decretum. nonici, qui Decretum Dicitur, composuit magister Gratianus: non quidem inueniendo, sed dicta sanctorum patrũ in diuersis dispersa uoluminibus in unum uolumen debitè & ordinatè colligendo: & hoc circa annum Domini millesimũ centesimum nonagesimum tertium. Fuit etiam ille Gratianus unus de tribus fratribus, cuius alter frater Petrus Lombardus librum Sententiarum conscripsit: & tertius Petrus Comestoris, uel Manducatoris, qui Scholasticam historiam fecit. Diuiditur autem hic liber primus Decretum, in tres partes principales. Quarum prima uocatur Distinctiones: quia ulterius subdiuiditur in partes centum & unam, quarum quælibet distinctio dicitur. Habet enim hæc prima pars Decreti distinctiones centum & unam, à quibus ipsa tota nomen est sortita. Istæ autem distinctiones alterius subdiuiduntur in canones uel capitula: qui canones interdum propter aliquorum ipsorum prolixitatem subdiuidi possunt in paragraphos: & paragraphi ipsi, si longi fuerint, in uersiculos. Secunda pars Decreti nominatur Causæ: & continet in se xxxvj. causas, in quas diuiditur, à quibus & nomen accepit, quæ causæ subdiuiduntur ulterius in quæstiones: & hæ quæstiones in canones uel capitula, quæ ultra in paragraphos & uersiculos subdiuidi possunt: ut suprà de distinctione canonum præmissum est. Est tamen animaduertendum, quòd causa xxxiij. habet quæstiones sex: quarum quæstionum tertia non diuiditur immediatè in canones uel capitula, sed ibi interponitur Tractatus de pœnitentia, qui continet in se distinctiones septem, in quas diuiditur. Et hæ subdiuiduntur in capitula uel canones, & paragraphos, ut suprà dicebatur. Et interdum diuiditur in paragraphos absque capitulis. Tertia & ultima pars Decreti nuncupatur de Consecratione: & habet sub se quinque distinctiones, in quas diuiditur: quarum

quælib

quælibet in plures ſubdiuiditur canones, uel capitula: & quan
doque in paragraphos, ut ſupra dictum eſt. Verſus.

Decretum centum diſtinctiones dat & unam.
Triginta cauſas, & ſex addit tibi mixtas.
Diſtinguit ſeptem pœnitentia, conſecrat quinque.
Author ē quarum tibi declaro Gratianum. uel ſic breuius.
C. diſtinguit, & L. cauſas dabit x. tria cum ſex.
Pœnitet v. uerſum, uult conſecrare reuerſum.

Nunc ponenda & notanda ſunt exempla allegationum. Et de prima parte Decreti nota, quod illa ſyllaba di. uel diſ. tam ſola littera, d, ſignificat diſtinctionem: & numerus im mediate ſequens denotat quotam diſtinctionis. Vltimo po nitur principium canonis uel capituli, in quo authoritas uel allegatio continetur. Exemplum accipe in prima parte Decreti, ubi ſic allegatur. viij. diſtinctione. quo iure. & hoc ſic abbreuiatur, diſt. viij. quo iure. id eſt, in prima parte De creti in diſtinctione viij. alius partis in canone, qui incipit, Quo iure. Aliud exemplum. diſt. xxxviij. nónne. & cap. le gimus id eſt, in prima parte Decreti, in diſtinctione triceſi maſeptima eiuſdem partis, in canonibus, qui incipiunt, Non ne. & Legimus. Item aliud, diſtinct. xl. multi & cap. non lo cet diſt. l. ponderet. quod declara, ut prius.

In ſecunda parte Decreti nota, quod per numerum poſi tum ante literam, q, datur intelligi quota cauſæ. Et ſic om nia talia adiectiua numeralia, prima, ſecunda, tertia, quar ta & uſque ad triceſimamſeptimam ante literam, q, poſita, ſemper includunt hoc ſubſtantiuum cauſa. Nec debet ille nu merus excedere xxxvj. quia non ſunt plures cauſæ in ſecun da parte Decreti: & per literam q intelligitur quæſtio in no minatiuo uel aliis caſibus ſecundum exigentiam congruitatis. Communiter in ablatiuo allegatur quæſtione. Sed per nu

merum sequentem istam literam, q, designatur quota quæstionis illius causæ præmissæ. Et sic numerus sequens erit adiectiuum istius substantiui, quæstione, per q, designati quod unaquam subintelligitur, sed semper expresse ponitur. Vltimo subiungitur canon, uel capitulum illius quæstionis in quo authoritas allegata quæri debet. Exemplum sume de secunda parte Decreti ubi sic allegatur. j. q. j. principatus. & capitulo, cùm Paulus. Et solet ita breuiari. j. q. j principatus. & uidelet tantum: in secunda parte Decreti in prima causa illius partis, & in prima quæstione illius primæ causæ: in canonibus incipientibus, Principatus. &, cùm Paulus. Isto obseruato quòd in toto iure non breuiatur principium canonis, capituli, uel legis: sed semper integrè ponitur prout in libro continetur. Aliud exemplum. xj. q. iij. inter uerba. xvij. q. iij. si quis suadente. Item xxij. q. j. noli æstimare. & c. militare. xxij. q. v. non liceat. & c. aruspicinæ. in uer. nec ideo. Declarata exempla, & signanter ultimum: in secunda parte Decreti in causa xxvj. in quæstione v. eiusdem causæ, in canonibus, qui incipiunt. Non liceat. &, Aruspicinæ. in uer. nec ideo. Quia tamē Tractatus de pœnitētia inseritur in quæstione ij. ipsius causæ tricesimætertiæ, ut supra dictum est: ideo sumatur exemplum ubi sic allegatur: de pœnitentia. dist. prima, homicidiorum. & capitulo, homicidium. hoc sic breuiatur: de pœ. dist. homicidiorum. & cap. homicidium. id est, in secunda parte Decreti in causa xxxiij. in quæstione tertia istius xxxiij. causæ. in distinctione prima illius quæstionis, in tractatu de pœnitentia, in canonibus, qui incipiunt, Homicidiorum &c. Aliud exemplum: de pœnitentia dist. v. oportet enim. de pœnit. dist. vj. c. j. intellige ut prius. & specialiter ultimum. id est, in tractatu de pœnitentia. dist. vj. & ultima istius tractatus, in capitulo primo huius distinctionis. Et sic quando de

lega

legatur capitulum j.y.uel iij.non ponitur principium capitu-
li uel canonis &c.

De tertia parte Decreti pone exemplum:ubi allegatur hoc
modo de con.di.j.nocte ſancta.c miſſas. & c.omnis Chriſtia-
nus.Quod ita breuiatum ſic intelligitur:id eſt,in ultima par-
te Decreti,quæ intitulatur, De conſecratione. in prima di-
ſtinctione illius partis,in canonibus qui incipiunt,Nocte ſan-
cta &c.item aliud exemplum:de conſ.diſt.y.in cœna.& cap.
liquido.de conſ.diſ.v.nõ mediocriter.ne tales. & c.nuſquam.
dicit de conſecratione,diſtinctione ſecunda & quinta,in ca-
pitulis incipientibus,In cœna. Liquido. &, Non mediocri-
ter &c.Non debet autem in tertia parte Decreti ultra quin-
tam diſtinctionem allegari, ſicut nec in ſecunda parte ultra
ſeptimam:& in prima parte non ultra centeſimamprimam:
quia nulla partium plures habet diſtinctiones. Ideo ultrà al-
legans notaretur tanquam imperitus errare. Et quia in qua-
libet parte Decreti ſunt diſtinctiones,nota differentiam in al-
legando.Nam quando allegatur diſtinctio abſolutè cum nu-
mero ſine addito alterius determinationis:ut dicendo, diſt.j.
y.uel v.&c.tunc quærendum eſt in prima parte De-
creti,ubi ſunt centum & una diſtinctiones. Quando autem
allegatur diſtinctio cum addito de pœnitentia:ut ſic,de pœni.
diſ.j.y.&c.tunc quæri debet in ſecunda parte Decreti,in
cauſa xxxiij.& q.iij.illius cauſæ: ubi ponitur Tractatus de
pœnitentia,qui habet vij diſtinctiones: ultra quas non alle-
gabis ibi,ſi uelis Iuriſta uideri Sed ſi allegatur di.cum addi-
to,de conſecratione:ut ſic,de conſecra.diſt.j.y.uel iij.&c.
tunc quæratur in tertia parte Decreti,ubi ſunt tantùm quin-
que diſtinctiones: nec etiam plures allegabis, aliàs te oſten-
deturis ignarum.Et ſic in omnibus his tribus partibus De-
creti allegatur conſtitutio cum quota ſequente: ſub ea differ-
rentia

rentia, quod interdum nulla determinatio præcedit: uel prima parte interdum præcedit: & hoc dupliciter. Aut precedit de pœni.ut in secunda parte Decreti. Aut de consecratione: ut in tertia parte Decreti. Item in secunda parte allegatur quota causæ tacendo illud nomen causa, sed subintelligendo. & sic etiam in fœminino genere adiectiuum numerale substantiuatur, includendo suum substantiuum: ut prima, secunda, tertia, quarta &c. subaudi causa: deinde substantiuum quæstio, cũ suo adiectiuo expresse ponitur: scilicet quæstione prima. secunda, tertia, quarta &c. Postea initium canonis: ut, Omnis. Ponderet. Nonne. Legimus &c. Etiam quandoque per paragraphos allegatur, omisso nomine capituli & subiungitur principium paragraphi: ut ij. q. vj. §. bicnnium. Et frequenter quando allegatur capitulum, non est opus allegare paragraphum, & e conuerso. Si uerò capitulum est longum dicatur in prin. med. uel fi. aut circa prin. med. uel fi. ubi auctoritas uel textus allegatus habetur. Finaliter: Dilige Deum si gliscis canonicari. Distinguit, causat, pœnitet, & consecrat. Et tantum de primo libro.

Decretales. SECVNDVS liber iuris Canonici, qui Decretales nominatur, à Gregorio Papa ix. compositus est, qui in unam compilationem redigi procurauit, per magistrum Raymundum suum capellanum, diuersas decretales epistolas predecessorum suorum corrigens & concordans: & hoc circa annum Domini millesimum ducentesimum xxxj. Et sicut annis xxxviij. post compilationem Decreti, Decretales hanc formam redactæ fuere. Nam post hoc sub anno Domini M. ccxlvj. Concilium Lugdunense fuit celebratum, à Innocentio Papa IIII. anno sui Pontificatus. II. in quo multas edidit constitutiones, quas etiam suo tempore fuit Decretales conscripsit. Et iste liber Decretales uocatur a

ditur in quinque libros partiales. Quorum quilibet ulte-
rius subdiuiditur in multos titulos uel rubricas: & tituli in
capitula, & capitula in paragraphos, & hi interdum in uer-
siculos. Primus autem liber partialis Decretalium, tractat de
personis ecclesiasticis, & ecclesiæ ministris, & de eorum of-
ficijs, & quomodo tales creandi & ordinandi sunt. Et conti-
net titulos xliij. Secũdus liber Decretalium, est de iudicijs, &
de requisitis in iudicio. & habet xxx. titulos. Tertius est, de
vita & honestate clericorum, & rebus eorum, & rebus ec-
clesiarum. & habet titulos L. Quartus, de Sponsalib. & ma-
trimonijs, & de cæteris his annexis. & cõtinet x x i. titulos.
Quintus & ultimus liber partialis Decretalium, est de Ac-
cusationibus, de criminibus, & de diuersis pœnis pro ipsis
infligendis. & continet titulos x l i. Omnibus ergo compu-
tatis totalis liber Decretalium habet titulos uel rubricas du-
centas minus quindecim, hoc est, centum & octogintaquin-
que. De quibus prædictis nota hos uersus,

Pars prior officia creat, ecclesiæque ministros.
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & uita presbyterorum.
Quarta docet quales sint ritus coniugiorum.
Quinta refert de uitijs & pœnis tractat eorũ. Vel sic breuius.
Index, iudicium, clerus, sponsalia, crimen:
Hec tibi designant, quid quæque uolumina signant.

De numero titulorum uersus nota sequentes, Bis septem
demptus simul uno ferto ducentos. Qui tituli ponentur infra
prosaice & metrice. Nunc sumantur exempla ex Decretali-
bus: ubi sic allegatur, de summa Trinitate & fide catholica.
damnamus, hoc ita breuiari solet: de. sum. tri. & fide ca. dam-
namus. Aliud exemplum: de electione & electi potestate. cùm
in cunctis, hoc ita breuiari solet. de elec. cùm in cunctis. id est,

in libro

in libro Decretalium, sub titulo, de electione in capitulo quod incipit, cum in cunctis. Aliud exemplum: de foro compe. diligenti. Aliud: de ui. & ho. cleri. ut clericorum. Aliud: qui cle. uel uouen. ma. contra. pos. consuluit. Aliud: de pœ. & re. omnis utriusque. Ista exempla sic breuiata suo modo sunt explicanda, ut primum exemplum. & ita de alijs.

TERTIVM librum, qui Sextus appellatur, composuit Bonifacius papa viij. in quo Decretales epistolas suorum prædecessorum, uidelicet Gregorij. x. Innocentij. v. Clementis v. & aliorum cum suis proprijs epistolis recollegit in unum librum, quem Sextum appellauit non sic quod ille cum alijs v. partialibus libris Decretalium in unum uolumen Sextus connumeretur: sed quia liber est specialis post dictos quinque editus, supplens defectum diuersorum casuum emergentium in alijs non comprehensorum. Et sunt promulgatæ constitutiones libri Sexti, anno à natiuitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimooctauo, nonis Martij, Pontificatus Bonifacij Papæ octaui anno IIII. Diuiditur autem Sextus eodem modo in quinque libros partiales sicut Decretales: & quilibet horum librorum in titulos: & hi per capitula & paragraphos ut suprà: quamuis in Sexto non sint tot tituli sicut in Decretalibus, nec tot capitula in titulis. Sed ubi deficit aliquid non plenè decisum in Decretalibus, id ponitur in Sexto. Sunt nanque modò sumenda exempla de libro Sexto, ubi sic allegatur: de constitutionibus. ut animarum. libro sexto & de rescrip. statutum. §. cùm uerò. uer. nullus. li. co. Hoc intelligitur: id est, in libro sexto, sub titu. de constitut. in capitulo quod incipit, Vt animarum. Et sub titulo de rescriptis in capi. quod incipit, statutum. in §. illius capituli, qui incipit, cùm uerò in uersiculo, nullus. libro eodem. Et sciendum quòd in Sexto allegatur eodem modo ut in Decretalibus, hoc si

hoc solum mutato quòd in Sexto allegando semper in fine additur lib. vj. propter differentias librorum: quia omnes rubricæ Sexti sunt etiam in Decretalibus. Debet ergo ad rubricam post capitulũ addi, libro sexto, ut sciatur esse in Sexto. Quòd si non additur, quæritur cap. allegatum in Decretalibus: & sic errare contingeret ex omissione huius additionis libro sexto: quia capitulum allegatum in Sexto non inueniretur in Decretalib. Alia plura possunt exempla sumi: ut de iudic. mulieres. §. cæterùm. & c. seq. lib. vj. de cleri. coniug. c. nico. §. in cæteris autem. eod. lib. de concess. præben. detestanda lib. vj. de censi. quanquam. eo. lib. quæ sunt declaranda suo modo ut suprà. Et tantum de tertio libro.

QVARTVM librum iuris canonici, qui Clementinæ dicitur subaudiendo constitutiones, incœpit & ædidit Clemens Papa v. sub anno Domini millesimo trecentesimo decimo, in Concilio Viennensi, quod sex mensib. tantùm duravit: sed ipse Clemens morte præuentus, ad publicum non peruenit: sed post eum Ioannes Papa XXII. compleuit, correxit, in quibusdam mutauit, & executioni demandauit. Quæ constitutiones ita collectæ dicuntur Clementinæ, à Clemente v. & fuerunt promulgatæ anno Domini millesimo trecentesimo sexto, III I. Calendas Nouembris. De quo uide glos. in proœmio Clementinarum, in uer. Nouembris. & in uerbo, Pontificatus. Et secundum Ioan. And. in proœmio huius libri male dicunt illi, qui allegant librum septimum: quia dictæ constitutiones non sunt connumeratæ sub nomine libri, sed debent intitulari Clementinæ, ut suprà dictum est. Et diuiduntur Clementinæ eodem modo in quinque libros iuxta materiam ipsius uersus: Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen. de qua tractant, sicut Decretales & Sextus: licet pauciores contineant titulos, & tituli pauciora capitula, in quos

& quæ

& quæ rursum diuiduntur. Sunt autem exempla taliter in his accipienda, ubi sic allegatur, de hæreticis. ad nostrum. in Clementinis. hoc sic breuiatur: de hære. ad nostrum. in cle. j. in cõstitutionib. Clemẽtinis, sub titulo de hæreticis & Manichæis, in capitulo, quod incipit, Ad nostrum. Aliud exemplum: de reliq. & uene. sanct. si dominum. in Clemen. id est, de reliquijs & ueneratione sanctorum. in capitulo, Si dominum. in Clementinis. & sic de alijs. Nam hic allegatur per omnia sicut in Decretalibus: solum eo dempto quòd additur hic in Clemen. sicut in Sexto additur, libro sexto, propter rationem ibi dictam. Et potest hæc additio præmitti: ut sic allegando, Clemen. pastoralis. §. rursus. in fi. id est, in Clementinis, in capitulo, Pastoralis. §. rursus. in fine illius paragaphi, ubi dicitur. Qui falcem mittit in messem alterius, perperàm agit. Et hæc de allegationib. & exemplis Iuris Canonici quo ad quatuor libros sufficiant. Et ut dicti libri cognoscantur, sciendum quòd Decretum sic incipit, Humanum genus duobus regitur, naturali uidelicet iure, & moribus. Decretales incipiũt, Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Sextus incipit, Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei. Clementinæ diuersimodè solent incipi. Quandoque sic, Ioannes episcopus seruus seruorum Dei. Quoniam nulla iuris sanctio. Quandoque sic, Clemens episcopus &c. Fidei catholicæ fundamento &c. Et antequàm ueniam ad materiam Decreti, in distinctionibus & causis, & ad rubricas in Decretalibus, de libris legum & de legationibus in eis præmitto.

Ius enim Ciuile uel Imperatorium (quod Leges appellatur) traditum est nobis in multis, & generaliter in quatuor uoluminibus, quæ dicuntur libri legales: ut sunt Digestum, Codex, Institutа, & Authenticum, quibus additur liber Feudorum.

PRIMVS

Primum ergo liber Iuris Ciuilis, est Digestum, continens leges & statuta Romanorum. Et continet in se quinquaginta libros partiales, qui in tribus uoluminibus comprehenduntur. Primum uolumen est Digestum uetus, quod habet xxiij. libros partiales. Secundum, Infortiatum: & habet xiiij. libros partiales. Tertium Digestum nouum, quod xij. habet libros partiales: quibus connumeratis erunt L. libri partiales. Et uocatur Digestum alio nomine Pandecta, nomen compositum à πᾶν, quod est totum, & participio uerbi δέχεσθαι, quod est capio, quasi omnia intra se comprehendens. est enim uolumen aliquod omnia uniuersaliter continens. Vnde Iustinian. libros in quibus uetera iura collegit, Pandectas appellauit. Volumina illa (inquit Budæus) nihil non continentia, & ex quibus posßis, quod uelis, uelut è Cornucopia depromere, dicuntur Pandectæ: ut Pandectæ legum, quæ omne ius complectuntur. Gell. libro 12. Tullius Tyro Ciceronis libertus libros de uariis ac promiscuis quæstionibus composuit, quos Græco uocabulo Pandectas, id est, promiscua & multifaria continentes, libros inscripsit, tanquam omne rerum ac doctrinarum genus continentes: ut dicitur in Lib. C. de uete. iur. enuclean. §. cùm omnia. Et iste liber Digestum est collectus ex ueteri iure, quod ab urbe Romana conditum, & à tempore Romuli, usque ad tempus Iustiniani Imperatoris ferè per mille annos & trecentos constitutum fuit: & extendebatur in duo penè millia librorũ, & decies centena millia uersuum, id est paragraphorum uel responsorum: ut habetur in §. cum omnia præallegato. Vocatur autem hoc nomine Digestum quia omnia decidenda ibi digeruntur & soluuntur. Scribitur etiam per duplex ff. contra morem omnium librorum legalium, cùm nulla litera. f. ponatur in hoc nomine Digestum. ideo (ut aiunt quidam) *Digestum.*

quia per duos Imperatores, quorum quiuis Fredericus nominabatur, postea maturius ruminatum est & digestum: à quorum Imperatorum quolibet nomine sumpta est prima littera f, &c. Alij dicunt esse arbitrarium: nec omnium rationem esse reddendam. ut in l. non omnium. ff. de legi. & senatusco. Infortiatum autem dicitur ab in. id est ualde, & forte: quia multum fortes leges in eo sunt, uel quia dispositiones ultimarum uoluntatum in illo sunt. Vnde,

Sum liber en fortis disponens spolia mortis.
Et clausis portis me discat lector in hortis.

Vt habetur in principio Infortiati in glossa j. ubi etiam dicitur, De nominibus disputare relinquitur pertinacibus, secundum Tullium, & nomina magistralia sunt: ideo de eis non est disputandum. Sufficit saltem quòd attendatur, quid in libris dicatur secundum Senec. Vnde,

Qui uult seruare sanctorum singula festa,
Non poterit clarè cum Codice scire Digesta.

Et nota quòd quando in Digesto ueteri, Infortiato, uel Digesto Nouo allegatur aliquis textus, tunc primo ponitur nomen libri non partialis nec Veteris, Noui, uel Infortiati: sed Digesti in genere per duplex, ff. postea titulus uel rubrica: deinde apponitur lex illius tituli cum sua determinatione uel numero sequenti. Et si lex est longa, ponitur §. primus, uel secundus, uel responsum primum uel secundum &c. Exemplum: in Digesto sic allegatur. ff. de damno infecto, l. si finita. §. si quis autem. quod ita breuiatam tantum uidelet: id est, in libro Digestorum. sub titulo de damno infecto. in lege, quæ incipit, Si finita. in §. si quis autem. illius legis. Aliud exemplum, ff. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis. §. cum autem. id est, ff. ad legem Rhodiam de iactu. in l. nauis. in §. cum autem. Aliud exemplum, ff. si quadru. paup. fecis. dic. l. j. §.

cum

cum arietes. id est, Digestis in rubrica. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur l. j. in paragrapho, cùm arietes. Item ff. de ui & ui ar. l. j. §. uim ui. id est, ff. sub titulo de ui & ui armata. in l. j. &c. & sic de aliis.

Secundus principalis liber Iuris dicitur Codex, qui continet statuta, sanctiones, & diuersa præcepta Imperatorum: quamuis communiter loquendo Codex dicatur quilibet liber in se habens diuersos libros partiales. Fuerunt tamen ante tempus Iustiniani Imperatoris tres Codices, scilicet codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus. Ergo diuus Iustinianus uolens circa hoc adhibere remedium, direxit animum suum ad constitutiones Imperiales, & de istis tribus codicib. extrauagatibus fecit fieri unum codicem, quẽ suo felici nomine intitulauit Codicem Iustinianum: ut patet in rubrica procœmij huius libri. Et scribitur per C. magnum, quæ est prima litera huius nominis Codex. Diuiditur autem in xij. libros partiales, quorum ultimi tres longè post primos nouem compositi sunt. & ultimi tres raro leguntur à doctoribus. In primis autem IX. libris Codicis allegatur suo modo sicut in ff. primò ponendo nomen libri Codicis, deinde titulum, postea legem cum suo principio uel numero. Exemplum accipe sic allegans. C. de præscript. xxx. uel xl. ann. l. si quis §. penul. est, in libro Codicis sub titulo de præscriptionibus xxx. uel xl. annorum, in l. si quis in §. penul. Alia exempla. C. de sac. eccle. l. sancimus in fi. C. de transl. l. ut responsum. C. de uet. iu. enucl. l. ij. §. si quid in tanta. &c. Quæ sunt omnia extensis rubricis declaranda. In ultimis tamen tribus libris hoc reperies, quòd in fine allegationis (ut præmissum est) additur numerus libri: ut allegando, C. de armorum usu iuxta principium l. j. li. x. C. de Murilegulis & Gyneciariis. l. & c. lib. xj. C. de dignit. l. si ut proponis. lib. xij. similiter de aliis. Et est Codex.

magis necessarium quosdam titulos pleniùs scribere, quia sunt in his libris tribus ualde rari & inusitati tituli: quia non frequentantur in scholis legendo, sicut alij libri 1 x. Codicis. Et uolunt aliqui dicere, quòd quando in Codice allegatur, non sit necesse addere l. dicendo sic, C. de iudic l. properandum. sed simpliciter debeat dici, de iudic. properandum. sine hoc addito, lege: nisi esset lex j. ij. iij. uel penultima, uel antepenultima. Tunc enim oporteat addi, l. prima ij. uel penult. & c. Sed siue hoc in toto seruatur siue non, non est magna uis. Item interdum in Codice allegatur Authẽtica, quæ est antiquo iuri superaddita & incorporata: ut, C. de epis. & cle. Authen. generaliter. id est, in Codice sub titulo de episcopis & clericis, in Authentica ibi incorporata, quæ incipit, Generaliter.

Authenticorum lib. Tertius principalis liber uocatur Authenticum in numero singulari: & Authentica Authenticorum in numero plurali. Et sunt Authentica quædam excerpta, quasi summula librorum suprà dictorum. Et diuiditur iste liber in ix. collationes, quarum quælibet subdiuiditur in titulos. Tituli autem subdiuiduntur non in leges, sed in paragraphos. & quando ex Authentico allegatur aliquis textus, præmittitur primo nomen libri cum præpositione, in, deinde ponitur titulus, postea subiungitur paragraphus cum ipsius incœptione: & in fi. ponitur quota collationis. Quamuis enim collatio naturaliter præcedit paragraphum qui in ea continetur, tamen collatio cum sua quota consueuit ultimo allegari: licet etiam interdum omittatur. Exemplum sumatur sic allegando in Authen. de lenonibus. §. sancimus. colla. iij. id est, in libro seu uolumine Authenticorum sub titulo de lenonibus, in §. qui incipit, Sancimus sub colla iij. Aliud exemplum. in Authent. de trien. & semis. §. consideremus. colla. iij. id est, in Authentico

de trien

de triente & semisse.in §.consideremus.& c.Item in Authen ti.ut diui.iuſ.ſubſcript.ha.glo.quæ.§.j.collat.octaua. id eſt,in hoc libro.ſub tit.ut diuinæ iuſsiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſsimi quæſtoris & c.Et nota differentiam inter Au= thenticum & Authenticam.Nam Authenticũ eſt liber prin cipalis Voluminis,de quo iam mentio facta eſt ,ſed Authen= tica eſt lex una uel Paragraphus incorporatus in lib. C. & allegatur hoc modo ſicut etiam prædictum eſt in libro C.in Authen.multò magis.C.de ſacr.ſanct.eccl.& c.

Liber Feudorum, qui alio nomine dicitur Collatio x. diuiditur in duos libros partiales, quorum quilibet ſubdiui= ditur in titulos:& iſti in Capitula & Paragraphos.Vnde ut exemplariter dicatur,in allegatione huius libri,primò poni= tur nomen libri,poſtea titulus, deinde capitulum & §.ut ſic allegando:in libro,aliàs & communius,in uſib.feud.de pro= hib.feud.alien.per Federic.c.).§.hac edictali. Et hoc breuia= tum ſic intelligitur:id eſt,in Vſibus feudorum(quilibet etiam Collatio decima dicitur)ſub rubrica de prohibita feudi alie= natione per Federicum,in cap.primo, & paragrapho alle= gato.Et eſt neceſſe apponere per Federicum,ad differentiam alterius tituli in eodem libro de prohib. feud. alien. per Lo= tharium.Poteſt etiam nomen libri ultimò ſubiungi:ut in hoc exemplo. quib. mod. feud. amitt.cap.unico.§.rurſus.in uſib. feud.id eſt,in rubrica, quibus modis feudum amittatur. cap. unico.in §.rurſus.in uſibus feudorum. Etiam interdum alle= gatur collatione decima,ſic breuiando.colla.x.quia iſte liber poſt ix.collationes authenticorum æditus eſt. Alia poſſunt accipi exempla multa.De feud.mar.duc.& com.id eſt, de feu do marchiæ, ducatus, & comitatus.De inueſ.in man.fac.id eſt,de inueſtitura in mancum facta. De milit.uaſal.qui con= tum.eſt.id eſt,de milite uaſallo,qui contumax eſt. Qual. uaſ.

iur. deb. dom. fid. id est, qualiter uasallus iurare debeat domino fidelitatem. Et ita de omnibus aliis extendendo & abbreuiando rubricas, cum subuinctione tamen cap. & §. in quo continetur authoritas uel textus allegatus. Et tantum libro Feudorum.

Instituta. Quartus liber principalis dicitur Instituta, uel Institutiones in numero plurali. Et diuiditur in quatuor libros partiales, qui sunt introductorij in alios libros legales: imo deseruiunt etiam Canonibus, in quantum declarant significationes terminorum in iure usitatorum, qui multū utiles sunt incipientibus, tanquam ostium in domum, in Ius præbentes introitum. Quare consultum est omnibus quasi modo genitis pueris, & adultis lac iuris concupiscētibus, per Institutionū dogmata sua primaria sumere nutrumenta, ut doctrina præambula informati, Iustiniani mereantur sanctioni securius inhærere. Quæ à Christianissimo Iustiniano Imperatore regulariter derivata omnium imperatorum authoritate iubet, uetat, uindicat, punit, atque permittit. Nullus ergo tam præsumptuosus existat, quod sine Institutionum doctrinis ad Iurium, & maxime ciuilium sublimitates conscendere attentet: quoniam ex alto irremediabiliter corruunt, qui uolare satagunt ante, quàm pennas assumāt. Fuit autē hic liber de mandato Iustiniani Imperatoris (qui etiam Digestū composuit) æditus, post Digestum, & post primam compositionem Codicis: ante tamen secundi Codicis, quem nunc habemus compilationem, per magnificum magistrum Tribonianum Quæstorem sacri palatij sui, cum Theophilo & Dorotheo uiris illustribus, ut in principio Institutionum dicitur. Et huiusmodi libri partiales subdiuiduntur ulterius in titulos, & hi in paragraphos, nō in leges nec in capitula: & paragraphi interdum quādo longi sunt in uersiculos. In allegationibus autem

huius

huius libri talis modus obseruatur, quòd primò liber nominatur, posteà rubrica, deinde paragraphus cum uersiculo. Exempli gratia, Instit. de iusti. & iur. §. Jd est, in libro Institutionum, sub rubrica de iustitia & iure. in § primo illius rubricæ. Aliud, Instit. de iur. nat. gen. & ciuil. § sed quoties. id est, Institutionibus de iure naturali gentiũ & ciuili. paragrapho allegato. Item, Insti. de hære. insti. §. hæreditas. id est, hæredibus instituendis. paragrapho qui incipit, hæreditas, & sic de aliis exemplis accipiendum est. Et hæc de nominibus, diuisionibus, & exemplis ipsorum librorum legalium pro nunc sufficiant. Vt tamen plenius noscantur hi libri, nota quòd Digestum uetus sic incipit, Iuri operã daturũ prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. Et primus titulus est, de Iustitia & iure. Infortiatum uerò sic incipit, Dotis causa semper & ubique est præcipua. Et primus titulus est, Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. Sed digestum Nouum incipit, Hoc edicto permittitur, ut siue iure siue iniuria fieret opus, per nuntiationem inhiberetur. Et est primus titulus de Noui operis nuntiatione. Codex incipit, Imperator cunctos populos. Et prima rubrica est, De sum. tri. & fid. cath. Præmittitur etiam procœmium, Hæc quæ necessario. Authenticũ incipit: Occupatis nobis circa totius reip. curas. Et est prima rubrica, Si hæres soluere legatum noluerit. Decima collatio, quæ etiam liber de Vsibus feudorũ dicitur, sic incipit, Quia de feudo tractaturi sumus, uideamus primò, qui feudum dare possunt. Et prima rubrica est, De his, qui feudũ dare possunt, & qualiter acquiratur & retineatur. Institutiones uerò sic incipiunt, Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.

Notandum etiam est, quòd quidam liber paruum Volumen appellatus est, continens in se aliquos prædictorũ librorum

rum totalium,& aliquos partialium: uidelicet Authentica, Vsus feudorum,& tres ultimos libros Codicis, scilicet x. xi. & xij. qui raro legi consueuerunt, & titulos habent pleroſque rariſſimos.

PRæmiſſis itaque nominibus & diuiſionibus librorum utriuſque Iuris cum modis allegandi in ipſis: nunc pro breuiaturis gloſſarum legendis ſubiungam quoddam alphabetum, in quo communiores ſaltē abbreuiaturæ textuum & gloſſarum Iuris continebuntur: quod ſic incipit,

A uel B. & c. Quæcunque literarum alphabeti poſita ſola in textibus Iuris maximè Decret. ſignat nomen proprium uiri uel mulieris: ut Arnoldus, Bernardus. & ſic de aliis: ut de teſti. ex parte A. id eſt, Adæ. & ſic de aliis.

Ab. id eſt, Abbas: ſcilicet Lapus uel de Caſtelliano.

Ac. uel Accur. id eſt, Accurſius, gloſſator in legibus. Hic duos habuit filios: unus uocabatur Franciſcus Accurſius, malēs doctor, qui gloſsis patris ſui multas fecit additiones. Alius nomine Ceruotus, qui fecit etiam additiones, quæ dicuntur Ceruotinæ, modicum tamen ualentes: quarum una ponitur C. de æden. in l. j. Et ſic filius poteſt in iure patrem reprehendere, ut ff. de condi. ob cauſ. in moribus ſecus: licet poſsit dari tutor patri furioſo.

Al. uel Alb. id eſt, Albertus doctor: uel Albericus.

Ala. id eſt, Alanus.

Ap. ſe. le. id eſt, apoſtolicæ ſedis legatus.

Ap. re. id eſt, appellatione remota.

Ap. ob. re. id eſt appellationis obſtaculo remoto.

Ant. de But. id eſt, Antonius de Butrio.

Ar. uel arg. id eſt, argumentum.

Arch. id eſt, Archidiaconus, magiſter Ioan. Andreæ, qui gloſſauit etiam Sextum, & ſcripſit Roſariū ſuper Decreto.

Ad no-

Ad no.præ.id est, ad nostram præsentiam.

Aut.uel Authen.id est, Authenticum liber, uel Authẽtica lex incorporata.

Az.id est, Azo. qui fecit Summam unam in legibus, ex qua sumunt examinandi continuationes rubricarum.

Bern.Ber.B.id est, Bernardus glossator Decretalium.

Barth.Brix.id est, Bartholomæus Brixiensis, qui fecit additiones glos. super Decreto. quas si Decretum habet, sic incipit glos. eius: Quoniam nouis superuenientibus causis, nouis et remedijs succurrendum.

Bart.id est, Bartolus de Saxo ferrato, legum interpres.

Bal.uel Bald.id est. Baldus in utroque Iure scribens.

Band.id est, Bandinus doctor.

Bo.me.id est, bonæ memoriæ.

Bulg.id est, Bulgarus doctor.

But.id est, Butrius, scilicet Antonius de Butrio.

C.in textu posita Celestinum signat, maximè quando apponuntur hæc uerba, prædecessor noster. aliàs in glossis, summis, uel lecturis, C. magnum significat codicem, communiter in ablatiuo casu. Sed c. paruum, id est, capitulo: uel centesimo, in distinctionibus.

Cy.id est, Cynus doctor legum.

Ci.id est, ciuis.

Cle.uel Clem.id est, Clementinæ uel Clementinis.

Card.id est, Cardinalis doctor.

Constit.id est, constitutio.

Compost.id est, Compostellanus doctor.

Cen.eccl.id est, censura ecclesiastica.

Con.t.t.r.id est, consultationi tuæ taliter respondemus.

D.sola, uel dist.id est, distinctione.

De pœn.id est, de pœnitentijs.

De conſ.id eſt,de conſecratione.

Dil.fil.id eſt,dilectus filius.

Dama.id eſt,Damaſus papa.

Dy.id eſt.Dynus doctor.

Diſ.ue.id eſt,diſcretioni ueſtræ.

Do.de Ro.id eſt,domini de Rota.

Durand.id eſt,Durandus doctor.

E.ſola & magna,nomẽ proprium.e parua, eodem uel tãdem:maximè quando ſequitur titulo,diſtinctione,uel lege.

Eccl.Rom.id eſt,eccleſia Romana.

Extra.id eſt,extrauagans.

Et hìc eſt ſciendum quòd quando in Summa de caſibus,in Summa Piſana uel alicubi in libris Iuris ponitur authoritas ex Decretalibus,tũc allegatur extra:& ſignificat extrauagantem.ſcilicet textum uel capitulum extra corpus Decretorum poſitum.Decretales enim paulò ante compilationem, correctionem & concordationem ipſarum erant extrauagãtes: quia uagabantur extra illud uolumen. Hodie autem per modernos Canoniſtas capitula in Decretalibus, in Sexto ſimiliter & in Clementi.non conſueuerunt allegari extra:quia talia capitula modò non uagantur extra corpus Iuris Canonici.Sed legiſtæ prædictorum librorum textus allegãt extrà eò quia ſunt extra corpus ſui Iuris.ſcilicet Ciuilis. Verum eſt quòd canoniſtæ adhuc hodie aliquos textus etiam Canonis Iuris,allegãt extrà:uidelicet hos qui ſunt extrauagantes nõdum incorporati Iuri Canonico.

Fa.id eſt.facit.

Fe.re.præ. n. i. felicis recordationis prædeceſſoris noſtri.

F.t.id eſt,fraternitati tuæ.

Fi.id eſt,finale,uel fine.

ff.id eſt,digeſtis.

Fri.id

Fri.de Zen.id est,Fridericus de Zenis.

Frā.de Za.i.Frāciscꝰ de Zabarellis,doctor et Cardinalis.

Flori.id est,Florianus doctor.

Fri.Imper.id est,Fridericus Imperator.

F.t.t.r.id est,fraternitati tuæ taliter respondemus.

G.in Spe.Guillelmus in Speculo.

G..de mon.Laud.id est,Guillelmus de monte Lauduno.

Guil.id est,Guillielmus doctor.

Gen.id est,Genshelinus doctor.

Gra.id est,Gratianus compilator Decreti.

Go.uel Gof.id est,Goffredus:qui composuit Summam, in qua recitant examinandi in iure Canonico continuationes rubricarum,& alia plura.

Gar.id est,Garsias doctor.

Hu.uel V.id est,Hugo uel Vgutio.

Ho.uel Hosti.id est,Hostiensis doctor.

Hen.Bo.id est,Henricus Boick.

Hon.id est,Honorius papa.

Her.id est,Hermanus doctor.

I.sola,uel cum titello sic,j̄.denotat infrà.

Pro quo sciendum,quando textus allegatur,qui etiam postea habetur,siue in eodem libro, siue in alio, eiusdem tamen iuris,tunc dicitur infrà:& scribitur per j longum:cui supraponi potest titellus:ut sic j̄.titulo proxim.c.j.ij.id est,infrà titulo proximo.cap.j.&c.

j̄.eod.tit.id est,infrà eodem titulo.

j.breuis signat unum uel primo.

Io.Mo.id Ioannes Monachi glossator Sexti in Francia.

Io.And.i.Ioannes Andreæ,etiam glossator Sexti & Clementinarū,qui & Nouellas cōscripsit,ualentißimus doctor.

Io.Imo.id est, Ioānes Imola,modernus doctor super Decreta

cretalibus notabiliter scribens.

Io.uel Ioan.id est, Ioannes glossator Decreti Theutonicus quem aliqui nominant Ioannem antiquum.

Io.de Lig.id est, Ioannes de Ligniano.

Io.de Fan.id est, Ioannes de Fantusijs.

Inno.uel Innoc.id est, Innocentius papa.

Imo.id est, Imola subaudiendo Io.

Iac.de Liz.id est, Iacobus de Lizano.

Iac.de Are.id est, Iacobus de Arena.

Iac.But.id est, Iacobus Butrigarij.

Iac.Bal.id est, Iacobus Balduini.

Iac.de Bel.id est, Iacobus de Beluiso.

L,sola.i.lege,uel quinquaginta in numero distinctionum.

Lap.ab.id est, Lapus abbas doctor.

Lamb.de ramp.id est, Lambertus de ramponibus.

Lud.de Ro.id est, Ludouicus de Roma doctor.

La.uel lau.id est, Laurentinus in glosis Decretalium.

Lib.id est, liber uel libro.secundū exigentiā cōstructionis.

M.uel Mar.id est, Martinus doctor.

M. uel man. id est, mandamus. signanter quando litera q, sequitur: ut M.q.id est, mandamus quatenus.

Mo.ca.præ. id est, monitione canonica præmissa.

Nic.Sic.do.id est, Nicolaus Siculus doctor, qui aliter dicitur Panormitanus, uel Panormita modernißimus.

No.& uet.test.id est, noui & ueteris testamenti.

No.id est, nota.

Nota.id est, notatur.

Nouel id est, nouella.

O.uel op.id est. opinio.

Ob.id est, obstaculo.

Odo.id est, Odofredus doctor.

Ol.uel Old.id est, Oldradus, uel Oldradus.

Osti.uel Ost.id est, Ostiēsis.cōmuniter tamē per H dicitur.

Pe.id est, pœnitentia, uel Petrus, uel penultimo.

Penul.uel penult.id est, penultimo.

Paragraphus quia in ordine alphabeti non inuenitur abbreuiatus, cùm non sit una littera sic solet scribi, §. ut quando capitulum uel aliqua lex est longa, tunc ad citius inueniendum textum allegatum ponitur in capitulo uel lege paragraphus unus uel plures. Nota tamen quòd paragraphi sunt duplices, uidelicet magnus & paruus: & paruus debet esse niger de encausto in tali forma, §. & talis debet legi cum sua determinatione sequēti. hic autē communiter ponitur in gloßis uel in summis recollectis. Alius autem magnus sic formatur. ¶ & debet esse de alio colore, scilicet rubeo uel blaueo seu flauo. Et talis legi non debet: licet in legendo dum inuenitur uel dū uenit ad eum, pausari debeat. & in corrigendo libros debet nominari, ut apponatur si non sit ibi. Nam certi textus & summæ distinctæ sunt per tales: ita quòd allegatur primus, secūdus &c. Si ergo non essent ibi, contingeret primū accipi pro secūdo, & secūdum pro primo, quod errorem induceret. & unus scilicet §. paruus, significat alium, uidelicet magnum: & sic apud logicos est terminus secundæ intentionis.

Præal.id est, præallegatus.

Prin.id est, principio.

Per to.id est, per totum.

Pri.id est, primo.

Prætex.id est, prætextu, hoc est occasione.

Pau.de leaz.id est, Paulus de Leazaris, qui scripsit bene super Clementinis

Pet.de Bel.id est, Petrus de Bella pertica, doctor legum citra montanus Burgundus.

Pet.

Pet.de Sam.id est, Petrus de Samprana.

P.uel Pla.id est Placentinus doctor.

Præ.di.id est, præfulgeat dignitate: ut de testi.in ca.licet.ij.

Præ.id est, præterea.

Pa.id est, papa.

Pomp.id est, Pomponius Imperator.

Q.id est, quæstione, quando ponitur in causis Decret.uel quatenus, quando ponitur in textu Decretalium: maxime post mandamus: ut sic, mandamus.q.

In alternatiuis sufficit alteram partem adimplere. l. generaliter. C. de instit.

In pari causa turpitudinis potior est causa possidẽtis. l ij. in fi. C. de condi. ob tur. cau. C. de transact. l. si ob turpem cau. ff. de regu. iur. l.). pari. ff. ne quid in loc. pub. l ait prætor. §. idem. ff. de calum. l. in hæredem de do. ex. l. apud celsum. §. marcellus.

In pari causa turpitudinis melior est causa prohibentis. l. fabinus. ff. communi diuidundo.

In genere stipulationis est electio promissoris. insti. de act. §. hinc autem.

Ingenuus est qui statim ut natus est, liber est. instit. de inge. in prin.

Incertitudo uitiat actum. l. si frumentum al. & l. idem. pompo. ff. de rei uen. § fi. & instit. de leg. § incertum.

Initium litis ut per contestationem. l. j. C. de plus pe. de iudi. l. apertißimi. & C. ubi de crimine agi oportet. l. j.

In testamentis plenius uoluntates testantium interpretamur. l. in testa. ff. de reg. iur.

Is *damnum dat qui iubet dare.* Eius uero nulla culpa est cui parere necesse est. ff. de re. iu. libr. vj. ne.

In *penalibus causis benignius interpretandum est. l. benignius. ff. de re. iudi.*

Illi *debet permitti pœnam petere qui in pœnam non incidit. ff. de re. iur. e. l.*

In *pecuniis uno soluente alter non liberatur. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. §. fin. & l. sed. & ff. ne quis eum qui in ius uocauit. l. pen. §. fin. & l fin. & C. de condi. fur. l. j.*

In *contractibus arue latinorum rei est electio. ff. de iure do. l. plerunque. §. fin. sed in iudicis actoris. ff. de no. ope nunt. l. stipulatio. §. j. & in dubio dicto etiam. ff. de iudi. l. si quis.*

Illi *qui iudicem recusant sunt compellendi ut eligãt arbitros. C. de iudi. l. apertissimi.*

In *dubijs benigniora proferenda sunt. l. semper. ff. de regulis iuris.*

In *generali sermone non continetur persona loquentis. l. j. in fi. ff. de sena. C. de solu. l. inquisitio. & ff. de actio. empti. l. si mercedem. §. fi. & ff. communia præ quicquam. l. contra. ff. de edil. edi. l. quod si nolit. §. j. & ff. de in diem addic. l. quod si suo. & l. antepe. & ff. de pig. l. pau. §. fin. uide glo. in c. si non. xxiij. q. v.*

Iudex *debet omnino inquirere ueritatem. l. is apud. C. de edend.*

Illud *quod meretrici datur repeti non potest. ff. de condi. ob tur. cau. l item si ob stuprum. § semper & quod meret. de do. l. affectionis.*

In *maiori summa minor inest ff. de uerbo. ob. l. j. §. stipulanti. & de inter. ac. l. si defensor. § qui interrogatis. Contra in tit. de inuti. stipu. §. præterea. in prin.*

Inter *patrem & filium nulla exceptio contrahi potest. l. inter*

patr

patrem. ff. de contrahen. emp. sed de rebus castrensibus potest ut in e.

Interest reipublicæ ne crimina maneant impunita. ff. ad l. aquil. l. ita uulneratus. ff. de iudi. l. si longus. §. j. & ff. de pol. bona si. ff. de nox. l. iiij. §. cum dominus. ff. de fideius. l. si à reo. §. si. C. de pœnis. l. si operis. ff. de sol. l. si stichum aut pamphilum in fi. primi resp. & C. de defen. ci. l. per omnes.

In uenditionibus non debet considerari affectio uendentis. sed debet æstimari quantum res communiter ualet. Nam præcia rerum secundum ueritatem non ex affectione singulorum uel utilitate sunt æstimanda. ff. ad l. fal. l. prætia. & l. præce. ff. ad l. acquil. l. si seruus. §. vj.

In toto & pars est. l. si quis cum totum. ff. de except. rei. iudi.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur : præsenti die debetur. l. in omnibus. ff. de re. iu.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. ff. de reg. iur. l. in personam.

Inuito beneficium non datur. ff. de reg. iur. l. inuito.

Impoßibilium nulla est obligatio ff. de reg. iur. l. impoßibilium. & l. si stipuler. ff. de uer. obl. Cõtra. ff. de cõdi. & de l. metius. §. j. & insti. de his qui sunt sui uel ali. iu. §. ei expedit.

Inter si & cum non debet esse aliqua differẽtia. ff. de uer. obli. l. quicunque contra. C. quando dies le. ce. l. ex his. ff. de condi. & demon. l. quibus diebus.

Inuitus nemo cogitur defendere. ff. de reg. iur. l. inuitus.

In multis iuris articulis deterior est conditio fœminarum quam masculorum. l. inuitus. ff. de sta ho. & uide glo.

Imperfectum testamentum sine dubio nullum est. insti. qui. mo. test. infir. §. nam imperfectum.

Inter dominum & eum qui est in eius potestate non nascitur aliqua obligatio. insti de noxa. §. si seruus.

Inter patrem & filium nulla lis esse potest nisi ex castrensi peculio. l. lis nulla. ff. de iudi. & uide glo.

Iurisditio est iudicis dandi licentia. ff. de iu. om. iu. l. iij. in fin.

Iure & non ui debitor conueniendus est. ff. quod me. cau. l. extat. & ff. de ac. & ob. l. negantes.

Iniuria quæ fit exemptori uenditorem non debet contingere. ff. de euic. l. si per imprudentiam.

Iuste possidet qui authoritate prætoris possidet. l. iuste. ff. de acquirend. poss.

Ius publicum pactis priuatorum mutari non potest. ff. de pac. l, ius publicum.

Institutio & substitutio non habent locum in codicillis. l. non codi. C. de test.

Infans dicitur minor septem annis. l. si infanti. C. de iur. deli.

Ignorantia facti aliquem excusat. l. nihil. §. sicut filius. ff. de inoffi. testa. quia err. anti succurritur.

In contractu emptionis & uenditionis requiritur consensus, & ideo furiosus non potest contrahere emptionem nec uenditionem. C. de contrahen. emp. & uendi. l. ij.

Inuidia reprobatur. instit. de le. fu. circa prin.

Iusta depræcantibus nihil debet denegari. ff. de his qui sunt sui uel ali. iu. l. si dominus. §. sed dominorum. instit. eod. §. dominorum.

In eo quod plus est semper inest minus. ff. de reg. iur. l. in eo.

In toto etiam pars continetur. ff. de reg. iur. l. in toto.

Imputatur ei qui se ponit in periculis. ff. ad l. ac l. item mel. in prin.

Illud quod semel approbatur non debet reprobari, nam quod approbo non reprobo. ff. de neg. ge. l. pompo.

Ius est ars boni & æqui cuius merito nos quis sacerdotes appellat. ff. de iusti. & iur. l. j.

Ius est lex firmißima quo ad mundum : insti. de re. di. §. sanctæ quoque res.

Ius est res sanctißima quo ad animam: quia eius præcepta concordant cum diuinis. ff de iusti. & iu. l. iustitia. §. iur præ.

Iuris præcepta sunt hæc: honeste uiuere: alterũ non ledere: ius suum unicuiq; tribuere. insti. de iusti. & iu. §. iu. præcepta.

Ius publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat insti. de iusti. & iu. §. pen.

Ius priuatum est quod ad singulos pertinet institut. e. §. eod.

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. instit de iure natu. gen. & ci. in prin.

In cognitiõe iudicij maioris quæstio minoris præfertur. l. i. C. qui ac. non pos. hoc est uerum nisi minor sit præiudicialis maiori : ut C. ad. l. iul. de adulte. l. quoniam.

Inspiciendum est quod euenire potest : insti. de re. di. §. illud quæsitum. ff. ad l. fal. l. in quantitate. § magna. ff. de iurisdi. om. iu. l. si idem circa fi. ff. loca. l. si quis domum adde tex. in l. seruo cum libertate ff. de admi leg. & tex. in §. itaque & ibi glo. inst. de sing re. per fidei. relic. uide supra in litera F. futura sunt præcauenda. Contra de l. inter stipulantem. § sacram. ff. de uer. ob & insti. de inutil. stip. in prin.

Iuramentum obtinet locum probationis. ff. de re. cre l. sed & si possessoris. §. fin.

Iussu prætoris aliquem excusat. ff. de iurisdi. om. iud. l. si quis id. §. doli mali. ff. de mi l. ait prætor. § quid tamen.

Iuramentum factum in pacto à iure communi remoto non est obseruandum. ff. de pac. l. iurisgen. §. fin.

Illa pacta uidentur inesse in contractibus bo. fi. quæ dant legem contractui. l. quæ ingressu contractus facta sunt. ff. de pac. l. iurisgen. §. idem Marcellus.

Ius dicitur locus in quo ius redditur. ff. de iusti. & iu. l. fi.

Iure naturali omnes homines liberi nascebantur. l. manumiss. ff. eod. tit.

Iuris nomen à iustitia appellatur. l. j. in prin. ff. de iust. & iur.

Ius publicum in sacris in sacerdotibus: in magistratibus commitiæ. ff. e. l. j. §. publicum.

Ius gentium ex quo gentes humanæ utuntur. l. j. §. fi. ff. de iusti. & iu. & l. omnes in fi.

In ciuilibus uel criminalibus causis non admittitur iuramentum. No. glo. l. mariti. ff. de pen.

In omnibus hominibus terminus uitæ est mors. in auth. de hæ. & fal. § sed allegatur col. j.

In multis similia sunt iudicia & arbitria ff. de arb. l. j.

Ipsis rebus & non uerbis legem imponimus. C. communia de lega. l. ij. in fi. & de usuris l. fi.

Infans tuetur innocentia. l. infans. ff. ad l. corn. de sicca.

Infelicitas furiosum excusat in eadem. l. infans.

Iussus iudicis aliquem excusat. ff. de aqua plu. ar. l. quamquam autem. ff. de iurisd. om. iudi. l. si quis id. §. doli mali. ff. de bis qui not. infa. l. furti. §. qui iussu. ff. quod ui aut clam. l. ij. §. non iure. ff. pro con. fal. tuto. aut. l. interdum. Contra de app. l. quoniam.

In diem acceptilatio facta nullius est momenti. l. in dicm. ff. de acceptil.

In incertis & non certis locus est coniecturis. l. continuus. ff. de uerbo. obli. §. cum ita in fi.

Illud quod fauore aliquorum introductum est non debet ad eorum lesionem retorqueri. l. quod fauore. C. de le.

Imperator reprobat audaciam. C. unde ui. l. si quis in tantam. Contra. ff. de lib. & posthu. l. gal. §. nunc uidendum.

Ius ciuile est quod in totum à iure natu. uel gen. recedit nec per omnia ei seruit. ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile.

In am

In ambiguis rebus humanior ſententia eſt proferenda. ff. de re.du.l ſi fuerit.in fi.

In neceſſitatibus nemo liberalis extitit. ff. de adi. lega. l. rem legatam in fi.

Interpone tuis interdum gaudia curis. No gl.in prohemio.ff. §.ne autem tertij anni.

Iudex non iure pronunciatus facit iniuriam:inſtit.de iniur. circa prin.ff.de euic.l.ſi per prudentiam.

In re propria furtum committi poteſt : inſtit.de obli. quæ ex male. §.interdum.

Iuſta ignorantia & probabilis debet excuſare:inſti. manda. §.ſed utilitas.

Illud poſſumus quod commodè poſſumus.inſti. de inuti.ſti. §. fi.in gl.c.facit. xxij.q.ij.l.nepos procul. de uer.ſig.

In alternatiuis eſt electio debitoris.inſtitut.de ac.§.ſi quis ita. ff.de iu.do.l.plerunque in fin.

Infamis poteſt eſſe procurator inſti.de excu.§.fin. & c. arbitri.ff.de arbi.l.Pedius & Pomponius ſcribunt.

Iudices alij duces debent large de rebus ſuis diſtribuere : & maximè eccleſiis in auth. de eo qui eccleſiaſticam parua penſione.§. quid enim cauſetur. coll.ij.alias eſt auten. de non alie. aut permu.reb.eccleſ.

Intereſt iudicis ſubiectos habere locupletes in auth. ut iudices ſine quoquo ſuffra.§.conſideramus enim col.ij.

Iurans debet tenere & tãgere ſanctuariam ſiue librum ſuper quo iura.in aut.iuſiur.quod præſtatur ab his in prin.col.ij.

Ius ciuile eſt quod legibus plebiſcitis ſenatuſcõſultis decretis principum auctoritate prudentum. ff. de iuſtit. & iu.l. ius ciuile.

Ius prætorium eſt quod prætores introduxerunt adiuuãdi ſupplendi uel corrigendi iuris ciuilis gratia propter utilitatem

tem pu. & honorarium dicitur ab honore prætoris. ff. de iust. & iu. l. ius autem ci. in fine.

Ius autem honorarium est quasi una uox iuris ciuilis. l. nam ipsum. ff. de iusti. & iure.

Ingenui sunt qui ex matre libera nati sunt. ff. de sta. homi. l. & seruorum. §. ingenui.

In rebus nouis constituendis euidens esse debet utilitas ut recedatur ab eo iure quod diu æquum usum est. ff. de constit. prin. l. in rebus.

In re non possessa furtum committi non potest. ff. si quis in te. l. iussus esse fuerit. §. scæuola.

Illud est perfectum quod ex omnibus partibus suis constat. l. j. §. j. ff. de origine iuris.

In ciuile est nisi tota lege inspecta aliqua eius particula proposita iudicare uel respondere l. ciuile. ff. de leg.

In conditionibus testamentorum potius uoluntatem quam uerba considerari oportet. l. patri semen. ff. de condi. & de. ff. de leg. j. l. penul.

Iudex non debet aliquem sine causa citare uel accus. l. cum hi. ff. de tran.

Interdictum unde ui requirit uiolentiam. l. cum quærebatur. C. unde ui.

Istud uerbum idem est quod tantum. l. armorũ. ff. de uer. sig.

Inter priuationem & habitum non est dare media. ff. de uerb. sig. l. hæc uerba. Contra de l. j. §. sciendum. ff. de tribu. & ibi in glo.

Infinitum in iure probatur. C. de sacrosanct. eccle. l. si. extra de rescri. c. cum in multis. lib. vj. Contra ff. de in lit. iuran. l. uideamus. §. iurare.

Instar sacrilegij est disputare de principis potestate. C. de crimi. fa. l. ij.

Iust

Iustũ est ut ille qui alium decipere credit suam sentiat iactu-
ram in authen. de emphy. contract. §. si qui colla. ij.

Ius naturale est immutabile insti. de iure natura. §. fi. Contra.
ff. de uac. re. l. ij. & ff. de cond. inde. l. nam natura. & in-
stit. de usuc. in prin.

In ambiguis orationibus accipienda est mens proferentis l.
inter stipulantem. §.). ff. de uer. obl. & de re. iu. l. in ambi-
guis. Contra. ff. de pac l. ueteribus. cum alle.

Instrumentum exemplarem copiam non probat. C. de diuer.
rescri. l. sancimus. auth. si quis in aliquo documento. C. de
eden. contra. C. de test. l. publicari autem ut fratrum filij.
§. illud col. ix.

Illa quæ sunt eadem non debent diuersis nominibus nuncupa-
ri. C. de codi. l. si idem. Contra idem est codicillus & testa-
mentum: & tamen diuersis nominibus nuncupantur. C.
de testa. mi. l. fi. & C. qui testa. face. pos. l. hac consulti. §.).

Iudex quilibet potest de qualibet causa cognoscere: quia ille
potest & c. cuius officium est altißimũ l. ubi autem non ap-
paret. §.). ibi & cum appositionem. & ff. de uerb. obli. mo-
do officium iudicis est altißimum. ff. de iuris. om. iudi. ergo
quilibet iudex pot-st & c. per l.). de dona. Contra. l. de ma-
gistratus. & l. ij. ff. de iuris di. om. iudi.

In facto quod se habet ad bonum & malum magis de bono
quam de malo præsumitur. ff. pro socio. l. merito pro solu-
tione. & l. Quintus mutius. ff. de dona. inter uir. & uxor.
ad l. si defunctis. C. ar. tu.

Idem est iudicium de toto quo ad totum: & de parte quo ad
partem. ff. de rei uendi. l. quæ de tota. ff. de uerb. ob. l. à titio.
contra de. l. naue. & l. mille. ff. de euic. & l. fi. de in ius uo.
ut eant aut satisdent.

Ignorantia peccatum excusat. C. de ser. fug. l. quæcunque. l. in
omni

omni parte. ff. de iuris. & facit contra. C. unde ui. l. ſi quis in tanta.

Illa quæ ad unũ finẽ ordinãtur non debent cõtraria operari. C. de le. l. quod fauore & iuncta ratione illius. §. fortiſſimi.

Annua ſi debes & c. inſtit. de uerbo oblig. §. ac ſi ita. & de inutil. ſtipu. §. qui hoc anno. contra. ff. quodquiſque iur. in rubro & nigro. & inſtit. de auth. tu. §. neque.

In habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus. inſtit. de adop. §. fin. ſed hodie. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto & §. fin. C. de teſt. & l. ſi in rem. §. ſed ſi quæcunque. ff. de rei uen. Bald. no. is. contra quia maiorem habet conuenientiam frumentum quàm moneta quia naturaliter conueniunt in forma naturali: ſed moneta in forma accidentali: quo non eſt tanta: & tamen ſi immiſceas frumentum tuum cum meo non erit commune: quamuis ſecus in pecu. ar. l. ſi alieni. ff. de ſolu. §. quod ſi frumen. inſti. de re. di.

Ira impedit animum ne poßit cernere uerum. No. glo. in authent de ad. §. iiij. in fi. colla. iiij.

Idem eſt de his quæ non ſunt & quæ non apparent. l. in lege ff. de contrahen. emp. & uen. uide infrà in litera N.

Intereſt reip. ne ſua re quis male utatur: inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. §. ſed maior in fi.

Iuſtus dolor in aliquo excuſat. C. ad l. iul. de adulte. l. gracchus. & ff. ad l. cor. de ſicca. l. j. & ff. de adulte. l. ſi adulterium. §. Imperatores.

Inanis eſt actio quam excludit inopia debitorum de dolo. l. non bis.

Initium eſt ſpectandum. l. pomponius. l. ij. ff. de nego. geſt.

Inuidioſus ego non inuidus eſſe laboro. No. glo. in. l. unica. C: de cadu. tol. circa prin. ſuper uerbo inuidioſum.

In maleficijs uoluntas expectatur non exitus. ff. ad l. corn. de

ſicca

ſicca lege diuus Adrianus.

Iniquum eſt ut maritus pudicitiam ab uxore exigat quam ipſe non exhibeatur : ut.ff.de adul.l.ſi uxor.§.iudex.

Ius naturale non cõſtituitur per adoptionem.ff.de adop.l.quæ in adopti. nec per epiſtolam. C. de proba. l. non nudis.& l.non epiſtolis.

Imperator eſt pater legis : in auth. de inceſt. nupt. §. dubitatum itaque. coll. iij.

Iudex debet ſententiam ferre in ſcriptis.l.ſtatutis. C. de ſent. experi. reci.

Iracundia excuſat à culpa. No.glo.in l.iij.ff.de diuor.re. Item minuit delictum.C.de adulte. l. gracchus. & C. de aboli.l. ij. Item contractum reſcindit.ff.de publica.l.licitatio & l. quamquam.ff.de re.iu. Contra. C.de iniur. & ſi non conuicij.§. ſi in rixa.

Ignorans regulariter de uicio non tenetur.ff.de act.emp.& uen.l.Iulianus. §. item qui furem niſi. in quinque caſibus enumeratis.in glo.illius.§.

Ingratitudo eſt prima cauſa feudi amittendi : ut in j. cap. in prin.quæ fuit prima cauſa feu.amitt.colla.x.

Iuramentum non tollit ius commune.l.ult. C.de non nu. pec. & de tranſac.l.ſi ex falſis.

Iudex non debet eſſe mitior.l.in auth.de iudici.§.oportet.

Iudex poteſt ſuum errorem corrigere ſi male ſit interlocutus. l.quod iußit.ff.de re.iudi. extra de appella.c.cum ceſſante de ſen. excomm. c. ſacro.& extra de accu. c. qualiter & quando quod facit contra aduocatos & conſiliarios principum qui ſuum errorem ſuſtinent.

In iuriæ inde naſci non debent unde iura naſcuntur l.meminerit.C.unde ui.& extra de accu.c. qualiter & quando. No.Abb.in c.cum inter in ulti.notabili de excep.

Ign

Ignorantia præsumitur nisi scientia probetur. ff. de probat. uerius cum ibi no. licet ar. contra l. cum de indebito. in cod. tit. in fine primi. resp. & no. in c. ad audientiam nostram extra de rescrip. c. fi. & uide tex. contra in l. fin. desponsa.

Inspectio oculorum est reprobata. l. in decorum. C. quando tu. uel cu. esse desi. & insti. qui mo. tu. fi. in prin.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt regula est. ff. de re. iur.

Imaginaria uēditio non est præcio accedēte regula iur. ff. eod.

In omnibus causis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorrescit quominus fiat. ff. de reg. iur.

Iurisconsultus aliquando faciendo legem ad eius decisionem seipsum allegat: ut puta cum lex sit Pauli, potest dici in ea Paulus respon. & sic loquitur idem Paulus de seipso in iij. persona l. iiij. §. cato. ff. de uerbo. obli. l. liber homo. §. j. ff. de stipul. seru.

Inducta ad unum finem non debent contrarium effectum inducere. l. qui hominem. §. fi. ff. de solu. ubi solutio non debet operare obligationem. l. si certis. C. de pac. Contra de l. in numerationibus. ff. de solu.

Is damnum dat qui iubet damnum dare: eius uero nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pēdet non est pro eo quasi sit. ff. de reg. iur. is damnum.

In contrahenda uenditione ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est: ut res salua actori sit. ff de reg. iur.

Iuuare se quis potest ex eo quod impugnauit quando est error. Bart. in l. post legatum in iij. col. ff. qui ut indig.

In contractibus mens & uoluntas contrahentium magis debet attendi quam uerborum conceptio tex. formalis in l. fi. C. quæ res pig. obli. pos. Iason in lege in conuentionibus in 3. col

in j.col.de uerb.obl.

Iustinianus quando aliquid de nouo statuit utitur longa præfatione,& ista est consuetudo sua Crotus in l.si constante. ubi alleg.tex.in viij.fol.mat.

Ius patronatus habens nõ dicitur locupletior.l.nemo potest. §.j.ff.de re.iur.l.planè.§.fi.de leg.j.Crotus in l.si constante.in xxv.col.fol.mat.

Incertitudo causat tolerantiã contractus.c.nauigãti.de usur. l.si ea.C.eo.Barba.in l.cum acutißimi.in lxxxvij.col.

Imperitia culpæ adnumeratur regula iur.ff.

In malis promissis fidẽ non expedit obseruare. de re.iu.li.vj.

Imputari non debet ei per quem non stat si non faciat quod per eum fuerat faciendum.de reg.iur.lib.vij.ibi uide contraria per Dyn.& ff.de condi.insti.l.quæ sub conditione. §.quoties.

In argumentum trahi nequeunt quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.de reg.iur.lib.vj.

In generali concessione non ueniunt quæ quis non esset in specie ueri similiter concessurus.eo.tit.

Irritum id est irritandum.tex.iuncta gl.in l.non omnia.ff de mino.in l.j.ff de rescind.uend.Lancelo. Decius in l. cum postquam.per illum tex.C.de pac.

Iurisc̃onsulto quãdo aliquid proponitur præsupponitur,quòd omnia alia sunt expedita & clara.glo.in l.gallus est.iij.gl. ff.de li.& posth.Hier.Butri.in l.pactũ quod dotali.C.de pac.adde l.si quæramus ff.de test.c.j.de æta.& quali.li.vj.

Iurisperitus quandoque errat.l.iij.§.Neratius.ff. de acquir. pos.& in l.mutuis.& ibi no.ff.pro socio. Alex.in l.j.in v. col.ff.si cer.pe.facit text.in l.est differentia.ff.in qui.cau. pig.ta.contra.& l.sed an ultro.§.fi.ff.de neg.gest.

Ius commune in dubio præsumitur non priuilegium.l.quam-

quam.C.de testa.mili.

Inspicimus in obscuris quod est uerisimilius est,uel quod plerunque fieri consueuit.de reg.iur.in vi.

Inspicimus ea quæ aptitudine esse possunt licet actu non sint l.si quis posthumos.§.j.ff.de lib.& posthu.

Impedimentum impediens aliquē uenire ad aliquod ius:licet postea cesset ille non potest admitti.tex.est in l.si à primo ff.de lib.& posthu.facit c.si eo tempore. de rescri.lib.vj.

Impensæ uoluntariæ mutant naturam earum ratione rei ubi fiunt.tex.est in l.quòd si hæc res.ff.de impen. in re.do.fac.

Ignorantia in facto proprio aliquādo ex interuallo admittitur.Bar.in l.si res.ff.de leg.j.in l.si quis delegauerit.in fi. de noua.non ob.c.pro illorum.de sent.excom.quia ibi fuit incontinenti, & ita intelligitur.l.quisquis. de contraben. emptione.

Incidens in pœnam aliquam propter spretum aliquod etiam incidit si effectus nullus potuisset sequi.l.j.§.si quis longo. ff.de agnos.lib.

Iudex uocatur princeps.l.si spadonem.§.si ciuitatis.ff.de excu.tut.& dicitur uiua uox iuris ciuilis. l. nam & ipsum. de iust.& iure.

Imperfecta duo non faciunt unum perfectum.l.si.spadonem. §.qui multa.ff.de excu.tut.

Iudex dicens aliquem debitorem uidetur eum condemnare.l. prætor.in prin.ff.de iud.& ibi Bal.l.j.ff.de calum.

Ingratitudo desiccat fontem pietatis.l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.inde.Ange.de Malesi fol.7.in iij col.

Iudæi peiores sunt aliis infidelibus.c.nonne.j.q.j. Decius in c. .col.xij.de proba.

Intentio hominis comprehendit casus futuros etiam si de illis de præsenti non cogitauit.l.qui iure militari.ff.de test. mili.

mili. Decius in l. j. col. iiij. C. de eden.

Ignorantiam allegans non tenetur eam probare. sed aduersarius tenetur probare scientiam. l. fi. C. de sponsa. Cõtra de l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. & l. ij. in fi. ff. de fideiuss. uide Alex. in l. ij. in vj. col sol. mat.

Institutus ubi non adiit hæreditatem substitutus dicitur directo hæres testatori. gl. in l. ex duobus in uer. adiit. ff. de uulga. & pupil.

Ius canonicum dicitur diuinum. c. nimis de iureiur. & c. qualiter. el ij. de accu. Fel. late in prohe. decre. in prin.

Itali dicuntur miseri l. j. & ibi gl. C. de usuca. transfor.

Intellexisse quem ita uerisimile est, ut uerba eius sonant. l. nemo dubitat. in gl. ff. de hær. inst. l. Labeo. de sup leg.

Ius accrescendi idem operatur, quod principale. l. si titio. §. usumfructum. ff. de usufr. ubi dicitur, quod portio accrescit portioni: ut alluuio, ad idem. l. interdum. §. j. ff. de usufru. accres. & est tex. no. in l. pe. ff. ut leg. no. ubi fideiussor qui stricte obligatur tenetur non solum pro parte legati pro qua fideiussit, sed etiam obligatus intelligitur pro alia parte quæ uirtute iuris accrescendi acquiritur. Decius in l. edicta. in vj. C. de eden.

Inspiciendum non est cum quo quis loquitur, sed in quem dispositionis effectus dirigatur. l. cum pater. §. donatio. ff. de leg. ij. Rochus in c. fi. in cxviij col. de consue.

In bacculo inest dolor. ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagiis. §. tabernarius.

Iniquum est eum qui non fecit teneri. l. super. §. apud ferocē. ff. de aqua pluuia. arc. Contra de l. iiij. §. cato. de uerb. obli. ubi Ias. in iij. not.

Impunitas continuum affectum tribuit delinquendi. l. si quis. C. de fur. c. ut clericorum. de uita & ho. cle.

Inconſtantia permittitur. ff. de ac. emp. l. ſi ſterilis. §. qui domum. in gl. contra ff. de procu. in cauſæ. in prin. & ibi gl.

Intellectus noſter plerunque eſt tanquã oculus noctuæ ad lucem diei. ij. Metha. refert Ang. in rub. inſt. de iuſt. & iu.

Iudex poteſt prohibere alicui ne propter inimicitias tranſeat per domum meam. Bar. in l. quòd iußit. ff. de re iud.

Iudicandum eſt idem de re mea quam ſum alij reſtituturus quàm de re aliena. l. in bello. §. ſi quis ſeruo. ff. de cap. qui eſt ſing. & ſecundum Hiero. Buti. in l. debitori. C. de pact. eſt tenendus mẽti ad intelligen. l. debitor. ad treb. quæ ita debet intelligi.

Iudicis male iudicantis dolus præponderat culpæ non appellantis. Bart. in l. j. in fi. prin. ff. quòd quiſque iur. Hiero. Buti. in l. cum poſtea quàm. C. de pac.

Iuuenis rixoſus ſi non apparet per quinquennium præſumitur mortuus. Alex. conſi. iiij. in vj. col. in ij. uol. Hiero. bu. in l. licet. C. de pac. Bar. in trac. de teſte.

Immemor ſalutis æternæ nemo præſumitur. l. ſi. C. repet.

Ius in re & ad rem quid ſint text. in l. ſciendum. §. cum fundus. ff. qui ſatiſd. cog.

Iure ſuo renuntiare præſumitur qui iuri ſuo contrarium facit c. gratum. de offi. deleg. de teſt. cum ueniſſet de app. ſolicitudinem. de his quæ fi. à ma. par. cap. c. ex ore. de ui. & bone. cle. c. ult. C. de iu. do. imp. l. ij & ff. de mino. l. ſi filius. ff. de inof. teſ. ſi exhæredatus. & l. ſi proponas. §. j. & lxiij. diſt. cum Adrianus.

Impeditus non dicitur is qui de facili impedimentum remouere poteſt Bal. in l. ſed & ſi per prætorem. §. j. uer. ſed nec ad nos. ff. ex qui. cau. ma. & idem Bal. in l. quibus diebus. in prin. de condi. & demon. per text. in l. qui poteſt facere ff. de reg. iur. & eſt tex. ubi no. Abb. in c. fi. de elec.

Iudici non est obediendum si euidenter iniquum est mandatum ipsius siue contra ius.xxiij.q.j. qui culpatur. & xj. q.iij.non semper.& ij.c seq.& l.dist.si quis præpostera.

Imperator proprie dicitur Imperator post triplicem coronam susceptam,scilicet ferream in Alemania coronam argenteam in Mediolano,& auream,de quibus per glos in cle.de iureiur.ante autem coronationem uocatur Rex:ut c.uenerabilem.extra de elec.

Iudex ratione amicitiæ potest remittere pœnam.c.nisi.de of. leg.l.dist.clerico.& xxxv.q.ix.uenia licet precio nõ possit eam remittere.extra.de simo.nemo.& j.q.j.nullus.

In generali permißione ea non ueniunt quæ specialiter quis non concederet.ff.de pecu.qui peculij.

Iudex non dicitur nisi sit iustus,& cum iustitia iudicet.c.ius generale.j.dist.

Iurare coguntur presbyteri in sex casibus quos enumerat gl. in c.quoties.in fin.j.q.vij.hoc uidelicet modo: ut sit recta fides,ut obediat,ut bona fama,ne uerum pereat:ne res sacra:uel data damna.xxviij.dist.de Syracusanæ.

Ignorantia excusat delictum Bal.in c.à nobis.de excep.Bart. in l.fi.ff.si quis test.lib.

Iudex secularis cognoscere potest ubi in facto est dubium an quis sit excommunicatus.Domi.in c.fi.in fi.de foro compe.in.vj.

Iudex tenetur sequi opinionem suam non uoluntatem.gl.j.in fi.in c.iudicet.iij.q.vj.facit l.j.§.j.ff.ad turpil.ibi:non secundum uoluntatem iudicis: sed secundum authoritatem legum feratur sententia.

Iuramentum de restituendo potest largo modo dici cautio pignoratitia.gl.in uerbo pignoribus.in c.episcopus in synodo.xxxv.q.j.

In incertis non in certis locus est coniecturis l. continuus. §. stipulatus. in fi. iuncta gl. in uerbo nullius. ff. de uer. ob.

Iudex est comparandus medico qui ex tactu uuta præcedenti, & urina iudicat de infirmitate, & ita non semper habet liquidam causam infirmitatis sed aliquando præsumptiuam. Bal. in rub. de proba. C. col. ij.

Intellectus ex quo resultare potest inhumanitas est fugiendus, & prorsus explodendus. l furti. §. pactum. ff. de his qui not. infa.

Imperator legitimando remouet nubeculã quæ dicebatur spurietas. ita no. dicit in l. manumissiones in ij. oppo. ff. de iust. & iu. Bal. & dicit etiam idem. Bal. in l. si te parens. C. de suis & leg. quod esse spurium est quoddam uelamen quo quis impeditur succedere, ut filius, & illud uelamen legitimatione submouetur, per tex. in l. imperialis. C. de nup. ubi omni macula, per quem tex. dicit ibi. Bal. quòd per legitimitatem tollitur omnis infamia spuritatis, ita quòd amplius spurius dici non debet aut nuncupari.

Idem est iuris de toto quo ad totum: sicut de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei uen. cum simi.

Iudæus est persona odiosa & infamis. c. cum nimis. extra de Iudæis. c. nulla. liij. dist. c. constituit. xvij. q. iij.

Introductum ad compendium non debet ad dispendium pertrahi. c. quod nonnullis. extra de priuileg. & c. fin. eo. tit. quod ob gratiam. de reg. iur. in vj.

Iudex ex officio repellere debet testes indignos. Abb. in cã L. & A. de sen. & re iud. gl. j. in c. quærendum. ij. q. vij.

Iura canonica semper præualent legibus in causa matrimoniali etiam in terris imperii. tex. est. & ibi notant. Arch. & Do. in §. hic colligitur in fi. j. q. iij.

Idem operatur oppositum in opposito quod propositum in propo

propoſito.l.fi.in prin.ff.de leg.iij.l.is qui contra.ff.de uul ga.& pupil.ſubſti.

L

LEx eſt donum dei.l.iij.ff.de legibus.

Lex non debet fieri propter bonas fœminas.quia raræ ſunt:ſed propter malas:quia multæ ſunt:ut in auth.ut ſine prohi.ma.& cre §.quia uerò.col.v. Nã ex his quæ forte aliquo caſu accidere iura nõ cõſtituũtur.l.ex his.ff.de legi.

Leges ſunt ſacratiſſimæ, & ab omnibus ſciri debent.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legib.

Leges dant formam futuris negociis l.leges.C.de legi.

Libertus tenetur præſtare reuerentiam patrono ſuo.l.j.C. de obſequiis.

Licet unicuique ſanguinem ſuum redimere.l.fi.ff.de recepta toribus.

Ludus tabularum eſt prohibitus.in auth.de ſan.epi.§.interdicimus.colla.x.

Ludus ſcachorum eſt permiſſus:quia conſiſtit in ingenio naturali.No.in auth.interdicimus.C.de epi.& cle.

Legitimum tempus eſt triennium.l.properandum.C.de iud.

Leges non permittunt aliquem in paupertate uiuere nec in anxietate mori.in auth.de hær.& fal.in fi.col.j.

Licet præfationibus uti.ff.fi cer.pe.l.j.

Legibus expreſſum eſt illicitæ rei iuſiurandum non oportere ſeruari:in auth.quod eis.C.de nup.

Libellus eſt breuis ſcriptura narrationem actoris in ſe continens.ut C.de appel.l.ampliorem.§.litigatores &c.

Libellorum dictatores non debent uti uerboſis aſcriptionibus.l.ampliorem.§.in refutatoriis.C.de appel.

Legem ſuperiorum tollere nemo poteſt.ff.de arbi.l.nam magiſtratus.

Legatarius non potest esse testis in causa testamenti. ff. de testa. l. qui testamentorum. inst. e. §. pe. Cõtra quia nemo testis in sua causa. & c. ff. de testa. l. nullus. C. eo. l. omnibus.

Libertas omnibus fauorabilior est. ff. de reg iur. l. libertas.

Libertas est res inæstimabilis. ff. de re. iur. l. libertas.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet nisi ui aut iure prohibetur fieri. inst. de iur perso. §. j.

Leges ab omnibus debent obseruari. l. iij. C. de lega.

Leges egent armis. ff. de rei uen. l. qui restituere.

Lex est commune præceptum uirorum prudentum consultũ delictorum quæ sponte uel ignorantia contrahuntur cohertio communis reipu sponsio. ff. de legi. l. j.

Legis uirtus est iperare, uetare, permittere: punire. ff. e. l. leg.

Lex est quod populo Ro. senatorio magistratu interrogante consule constituebat: inst. de iur. nat. §. lex est.

Lex debet esse de bono, & de difficili uicẽ. l. labeo. ff. ad carb.

Lex est sanctio facta, iubens honesta, prohibens contraria. l. nam & Demosthenes. ff. de leg. cum ibi no.

Libertini sunt qui ex iusta seruitute manumissi sunt. inst. de liber. in prin. & ff. de sta. homi.

Legitime factũ nullã pœnã meretur. C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus. & C. de admi. tut. l. sancimus. & ff. de reg. iu. l. nemo damnũ. Sed contra. C. de secun. nup. l. j. & in authl. quotiens. & ne tu. uel cu. l. j. & C. rẽ alienã gerentibus. l. j.

Longum tempus dicitur decennium. ff. de usur. l. cũ de in rem. in gl. super uerbo longè. & C. de præscrip. lon. temp. x. uel xx. ann. in rub.

Latrones possunt quæstionari die feriato forte die Paschæ: & possunt condemnari. l. prouinciarum. C. de feriis. Contra l. iij. C. de episcop. aud. ubi dicitur: omnia uincula dissoluuntur dic Paschæ.

Liberum

Liberum corpus non recipit æstimationem. l.j. §.sed cum liber.& l.fina.in fi.ff.de his qui deie. uel effu.& ff.si quapau.feci.dicatur.l.ex hac sic.ff.de rerum diui. §. sacra.& §.fina.

Libertas semel competens non potest retractari: insti.de eo cui li.cau.§.hi autem quos.in fi.

Longe commodius est posidere quàm petere:insti.de interdi. §.commode autem.

Lapis dicitur quasi lædens pedem. Not.glos. insti.de condi.in princi.

Longa dilatio non debet esse damnosa.l.ij.§.omnes autem.insti.de iudi.

Leo est fortißimus bestiarum. Not.glos. in auth.de nupt.§.ij. colla.iij.

Largius expendit qui sperat sibi aliqua euenire. ff.de pe.hæ. l.sed & si.

Legum correctio est euitanda.C.de appel.l.precibus.in fi.

Legatum est donatio quædam in testamento relicta.l.legatum.ff.de leg.ij.

Licet mihi aliquis fraudem faciat non propter hoc alijs facere debeo.l.si pater eius.C de nouationibus.

Libertas præferenda est commodo pecuniario insti.de eo qui liber.cau.bo.adijciuntur.§.hi autem quos.in fi.

Lex est quotidiana ergo utilis.l.certe.§.fi.ff.de preca.& materia quotidiana est melius & subtilius examinanda. Bar. in l.j.in prin.ff.de suspe.tuto.

Lex obscura nobis insidiatur gl.in l.j.ibi legem insidiantem C.de no.co.compo.& nihil tam proprium legi quàm claritas.ut in auth.de testa.imperfe.§.j.

Lex non facit quòd ea quæ sunt non sint:sed fingere bene potest.l.ij.ff.de usu ea.re.quæ usu consu.

Labor & pecunia diuisionē recipiunt. l. scio. §. j. ff. de annuls.

Legibus & non exemplis iudicandum est. l. nemo. C. de sen. & inter. om. iud. contra de. c. afferte. de præsump. cum uulg. solu. illud procedit quando exempla non sunt à principe approbata ut in contrarijs.

Leges debent intelligi secundum subiectam materiam. l. quòd si quinto anno. ff. commo.

Lex quæ facit uim in uerbis est in l. si quis Sempronium. §. fi. de hæ. instī. & tex. in c. solitæ. de ma. & obe.

Leges nobilißimos aperiūt thesauros. §. nos uero in probe. ff.

Leges dicuntur emanasse diuino quodam motu & subtiliß. mo animo. l. fi. C. de præscrip. lon. tempo.

Leges ut conderent Deus de cœlo constituit imperatores. §. quia igitur in auth. de fi. inst. col. vj. c. quo iure. vij. dis. c. ij. xvj. q. iij. Feli. in probe. decreti humanum in prin. Idem in c. ecclesia in is. & seq. col. de consti. Abb. in c. super. Spe. in pe. col. ne cle. uel mo. Bal. in consi. scismatis. in j. col.

Leges debent introducere quod sit utile animæ & auditui & corpori. §. cunque hoc. ubi no. Ang. in probe. insti.

Lex aliquando fit de non dubio propter rudes. c. j. de no for. fide. l. quæro. ff. de nat. resti.

Legi locus non est ubi hæreditas soluendo non est. l. si quis solidum. de hære. insti.

Leges diuinitus per ora principum fuerunt promulgatæ. l. ſ. uersi ideo quod ènim. C. de præscr. lon. temp. & in auth. de fi. instru. §. quia igitur. in prin. col. vj. vij. dist. quo iure & clarius xvj. q. iij. nemo.

Labor nō debet esse sine mercede. c. ibi adunati. vij. q. j. & xj. q. iij. charitatem. & in auth. de iudic. §. ne autem. colla. vj. ubi dicitur quòd labor non debet esse sine fructu.

Legitimatus dicitur filius abusiuus: Bal. in l. Paulus. ff. de ſta. homi.

homi.

Lucrari dicitur qui rem ex arbitrio agit: licet dispẽdiose glo. fi. in l. cum seruus. ff. de condi. causa data cau. non sequuta.

Loca nõ sanctificãt homines. c. nõ loca. et c. fi. xl. di. & nõ satis est Hierosolymis fuisse: sed Hierosolymis bene uixisse. c. gloria episcopi. xij. q. ij. & non sufficit studuisse nisi bene, ut est glo. in l. unicuique. C. de proxi. sacro scri. lib. xij.

Lachrymæ debent esse arma clericorum. c. conuenior. xxiij. q. vi. j.

Lata culpa est ignorare. ff. de uerb. sig. l. latæ culpæ. & l. leges sacratißimæ. C. de legi.

M

MEdium est eligẽdum. in auth. de consul. circa prin. col. iij. unde dicitur mediũ tenuere beati & facit ad hoc. ff. de offi. procon l solent. §. j. insti. de re. di. §. cum ex aliena materia.

Mos maiorum est seruandus. l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. & C. de testa. l. testamento omnia iuncta. l. maximum uitium. C. de lib. præte. & exhæ.

Minime sunt mutanda quæ interpretationem semper habuerunt certam. l. minime. ff. de leg.

Manumißio libertatis est datio. ff. de iusti. & iure. l. manumißiones.

Minor xiij. annis nõ potest esse iudex. l. quidam consulebant. ff. de re iudi.

Mutus surdus absens non possunt stipulari l. j. ff. de uerb. obli.

Melior est conditio poßidentis C. de rei uend. l fi. insti. de interdic. §. commode. & ff. de uer. sig. l. si seruum.

Momentanea possessio dicitur quæ parũ potest durare penes poßidentem: quia statim potest agi contra ipsum iudicio possessorio. ff. de acqui. pos. l. non uidetur.

Multum

Multum facit oculorum inſpectio. l. ſatiſque. in fi. ff. de in iu uo. & ff de acq. poſ. l. quod. §. ſi uenditorem.

Mulier eſt auara. Nam facilius ſe obligat quàm alicui donet. l. ſed ſi ego in fi. ff. ad ſe. con. uel. ibidem not glo. quòd ge nus mulierum eſt auariſsimum in donando. C. de donat. ante nupt. l. ſi à ſponſo. ff. de donat. inter uir. & uxor. l ſi ſtipulata. in fi.

Mulier eſt ſagacior. l. ij. § fœminas. C. de his qui ue. eta. im pe. & ibi no. glo. quòd mala herba cito creſcit.

Mulieres ſunt loquaces. ff. de poſtu l. j. § ſexum.

Mulieres ſunt falſæ fragiles & corruptibiles. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. inſti. de teſta. §. teſtis.

Mulier minus audet quàm maſculus. C. ad leg. Iul. maieſt. l. ſi. §. ad filias.

Mulieres non poſſunt accuſare niſi res ad eas pertineat. l. ſe qui. C. qui accu. poſ.

Mulieres non poſſunt poſtulare. l. j. §. ſexum. ff. de poſtula.

Mulier nõ poteſt eſſe procurator. ff. de procu. l. neq; fœmina.

Mulieres non poſſunt pro alio interuenire. l. j. ff. ad ſe. con. uel. niſi in ſex caſibus poſitis. in l. j. in glo. ff. eo. tit.

Mulieres ſunt remotæ ab omnibus officijs publicis uel ciuili bus. ff. de re. iu. lib. ij.

Mulier nõ poteſt eſſe iudex. l. cũ prætor. § nõ autẽ. ff. de ind.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. ff. de teſta. l. in te ſtamento. §. mulier.

Mulier debet præſtare operas & ad illud officium deputatur ff. de oper. lib. l. ſicut.

Mulier in poteſtate ſua liberos non habet: inſtit. de adoptio. §. fœminæ.

Mulier nullam diſcretionem habet. ff. de iu. l. cum prætor. §. non autem.

Malitijs

Malitijs hominum obuiandum eſt. ff. de rei uend. l. in fun. alie. §. penult. uide omnino ornatum ad iſtã regulam per Hyp. ſingul. ſuo. cxxvij.

Morte extinguitur crimen. l. j. C. ſi re uel accuſa. mor. fu.

Minores xxv. annis hæredes ſcripti non tenentur uindicare mortem teſtatoris ſi teſtator ab aliquibus interfectus fuerit. l. minoribus. C. de his qui. ut indi. ſecus ſi maiores eſſent. xxv. an. quia tenerentur uindicare mortem teſtatoris: ut in ea. l. minoribus. §. quòd ſi maiorum. & ſi unus illorum qui interfecerunt teſtatorem fuerit accuſatus & appellet: tunc maiores hæredes ſcripti tenentur defendere appellationem.

Maritus committit lenocinium duobus modis. Primo quando uxorem ſuam uendit. C. de condi. ob tur. cau. l. mercalem. Secundo modo quando maritus uxorem condemnatam de adulterio habet: uel ſciẽs eam adulteram retinet. ff. ad leg. Iul. l. ij. §. j. & l. mariti. C. eod. tit. l. ij.

Maior xiiij. an. poteſt facere teſtamẽtum. ff. de teſt. l. qua ætate. & inſti. qui. cau. ma. non licet. §. cum ergo certus modus conſtitutus.

Mulier grauida excuſatur ſi non uenit ad iudiciũ licet nõ ſit ualetudine impedita. l. ij. §. ſi non propter. ff. ſi quis cau.

Meretrix non eſt infamis: no. glo. ff. ſi quis à parentibus fuerit ma. l. panconius. quod intellige in infamia facti eſſe uerum: ſecus in infa. iuris: ut ibi nota.

Mutus, ſurdus, furioſus, impubes non poteſt eſſe iudex. ff. de iudi. l. cum prætor. §. non autem.

Mulieres non debent conueniri ob culpam maritorum. l. ij. C. ne uxor pro ma.

Melius eſt nocentem dimittere quàm innocentem puniri. ff. de po. l. abſentem.

Melius

Melius est pauca cautè agere quàm multis interesse periculosè: in auth. de tabellio. circa medium. col. iiij.

Monachi licet dicantur oues: tamen quandoque dicuntur lupi rapaces. No glo. in epistola inter claras & illa parte reddentes. uersꝰ omnes uero sacerdotes super uerbo archimãdritæ. C. de sum. tri. & fi. cat.

Melius est pignori incumbere quàm in personam agere. inst. de fur. § furti autem.

Melius est intacta iura seruare quàm post causam uulneratã remedium quærere. C. in qui. cau. in integ. restit. l. fi. & C. quãdo unicuiq; licet si in l. j. glo. in c. suscepimus. de homi. Maria. in c. sententiam. q. xxiij. in fi. ne cle. uel mo.

Melius est delinquere in faciẽdo quàm in omittendo. l. Iul. §. j. ff. de act. emp. & l. si sterilis. §. cum per uenditorem. eo. tit.

Mulier damnauit & saluauit: in auth. ut li. ma. & à glo. fi.

Malum est peccare: diabolicũ perseuerare. Not. glo. C. quomodo & quando iudex sen. fer. de. l. consentaneum.

Medium tenuere beati: in auth. de consul. in prin. col. iiij. ff. de offi. proconsul. l. solent. § fi. & insti de re. di. § cum ex diuina. & insti. ex qui. cau. ma. non licet. § pen. glo. in l. j. uersꝰ. Labeo. ff. de aqua plu. ar.

Malum exemplum debet reprobari. l. obseruandum. ff. de iudi. & ff. ad se. con. ma. l. j.

Multa impediunt contrahenda quæ non impediunt iam contracta. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. l. iiij. §. patre furioso. adde tex. in l. j. ff. de ferijs. contra de. l. non dubium. C. de legi. & c. uides. x. distꝰ.

Mala herba cito creſcit. no. glo. C. de his qui ue. æta. imp. l. j.

Manifesta probatione nõ indigent. l. si uero. § j. ff. qui satisdare cog. & ff. de act. empt. l. exempto. in fi. primi respõnsi. & ff. de do. præleg. in fi. & C. de accuſ. l. ea quidem.

Mulier

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.ff.qui teſta.fa.poſ. l.qui teſtamentum.

Materfa.dicitur quæ eſt notæ authoritatis & honeſte uiuit in domo ſua.ff.de lib.exhi.l.iij.§.fin. & ff.de his qui ſunt ſui aut & c.l.nam ciuium.

Minor xiiij.an.non poteſt teſtari.l.qua ætate.ff.de his qui teſta.face.poſ.

Melior conditio domini per ſeruos fieri poteſt non deterior ff.de re iud.l.melior.

Melius eſt habere actionẽ quàm rem.ff.de reg.iu. l.minus eſt.

Matrimonium eſt uiri & mulieris coniunctio individuã uitæ conſuetudinẽ retinens:inſti.de pa.po.§.j.

Mulier quæ mortem filij uult perſequi prius debet probare ſe matrem.l.non ignorat.C.qui accu.non poſ.

Maior caſtitas requiritur in muliere quàm in uiro. C.ad ſen. orfi.l.ſi qua illuſtris.in auth.quomodo oportet epiſcop.& cle.& c.§.oportet.col.j.

Mors omnia ſoluit.in auth.de nup.§.deinceps.col.iij.

Miles nõ poteſt aliquẽ accuſare niſi ſuam uel ſuorũ iniuriam proſequatur.l.non prohibetur.C.qui accu.non poſ.

Miles non poteſt eſſe procurator.l.militem.C.de procur.

Miles magis ſcire debet arma quàm leges.l.ſancimus.§.ex omnibus.C.de iur.delib.

Melius poteſt quis uidere alienũ errorem quàm ſuũ:ut patet in ludo deſcachis nam melius uidet qui ibi aßiſtit quàm luſor.no.glo.l.error.in fi.glo.C.de iur.& fac.igno.

Mandatum contra bonos mores non eſt obligatorium inſtit. man.§.illud quoque.

Mandatum re integra ſola reuocatione finiri poteſt inſtit. man.§.recte quoque.

Mandatũ debet eſſe gratuitum:inſti.eo.§.fi.& l.j.§.mandatum.

tum ff.eod.

Milites non possunt esse aduocati:insti.de except. §. pen.quia debent intendere uel uacare circa arma. C.de iu.delibe. san.circa princ.

Mulier transiens ad secunda uota tria optima negligit:Deū defuncti memoriā & filiorum charitatē:in auth. de nupt. §.nos autem iuramus.col.iij.

Minus tribuit qui nihil tribuit. No.insti. quòd cum eo qui.§. cum duas. & ff. de tribu. l.illud. §. si cuius dolo. & ar.de uerb.sig.l.minus.& l.uerbum amplius.

Minus peccat qui illicita docet quā qui adiscit.l.ij.C.de hæret.

Mandatum suscipere liberum est:susceptum autem consumandum est:insti.manda.§.pe.

Milites dicuntur defensores nostri domini l.ab hostibus.C.de postli.reuer.& redem.ab hosti.

Miles autem appellatur à militia.id est,duritia:quam pro nobis sustinent.l.ff.de testa.mi.§.ult.

Mala electio est in culpa:l.item uidēdum.ff.de pe.hære. & ff. de neg.gest.l.nam & seruus.§.fi.

Metus est inconstantis uel futuri periculi causa:mentis trepidatio.l.j.§.metus.ff.quòd met.cau.

Multa priuilegia dantur aduocatis. l. sancimus.C.de aduoca. diuer.iudi.

Morte nihil certius est:nil uero incertus est eius hora. l.j.ff. de condi.& demonst.

Modus ita exceditur in eo quod est amplius sicut in eo quod est minus. c. custos. de officio custodis.lj.dist.qui in aliquo xlv.di.disciplina.xlj.di.quisquis. & ff.de pe.respiciēdum. C.de cu.& ex.re.si quis.in fi.& de uita & honest.cleri.c. clericus.& sic media uia tenenda est.unde uersus:cum media semper gaudebam ludere forma.

Maior

Maior enim mediis gratia rebus ineſt. & illud: inter utrunq; uola. medio tutiſſimus ibis: & medium tenuere beati.

Melius eſt pauca idonee effundere quã multis inutilibus corda hominum prægrauare l. tanta. C de uete. iur. enu.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt. l ſeruus. C. de pac. l. melior. ff. de re. iur.

Maturius mihi ſcribas rogo text. in l. miles. §. quidam. ff. de adult.

Manus ſtrictio ſignificat unionem, & ſignum pacis. c. fundamenta. ubi gl. de elec. lib. vj.

Mora ſua cuiuslibet eſt nociua regula iur. lib. vj.

Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum. eo. tit. & lib.

Melius eſt non ſoluere quàm ſolutum repetere. l. iij. ff. de compenſatio.

Mulier incontinens eſt dedecus totius agnationis. tex. eſt in l. j. C. de ſenat. conſul. Clau. tol.

Mulier dum meretrix non eſt inhoneſtum facit. ſi quid inhoneſti faciat: ſed quando meretrix eſt honeſtum facit: quia ea quæ meretricis ſunt facit. l. iij. §. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cauſ.

Mulier in quinquageſimo anno perdit fœcunditatem. l. ſi ſterilis. §. j. ff. de ac. emp. contra de l. ſi maior. C. de legi. hære. uide Soci. conſi. cxxvj. in prin. col. iij. lib.

Mater multum amat filium. l. j. ff. de car. edic.

Mixtum ſub ſimplici continetur. l. ij. in prin. ff. de uer. ob. contra de l. ſi ita quis. ff. de lib & poſthu.

Mandatum habens ad petendũ pecuniã uidetur habere mandatum ad ſolutionem recipiendam. l quòd ſeruus. & l. ſi ſeruus. ff. de ſolut. Iaſ. poſt Alexan. in l. filius in ij. colum. C. de pactis.

Magister nobilior sit per scholarem, pater per filium, & præses per subiectos: in auth. const. quæ de dig. § generaliter. ubi glo. in uerb. nobiliores, & honor est magistro habere optimos scholares. in gl. probe. ff. § accipite.

Meretrix dicitur illa quæ duos tantum admisit causa questus. l. palam ff. de rit. nup. do. Abb. in c. cum decorem circa fi. de ui. & ho. cle.

Meretrix mater filiam meretricem exhæredare non potest. l. in arenam. ubi Bar. C. de inof. test.

Mutari dicitur testamentum ubicunque aliquid additur. tex. in l. idem est. ff. de testa. milit. arg. contra de l. hæredes. ff. testamen.

Multitudo onerosa nil habet honesti c. cū sit. de æta. & qual. in auth. de rese. § j. col. ij. contra de c. extra conscientiam. lxiiij. di. & c. prudentia. de of. delc. & l. fi. C. de fideicō. ubi no. per ampliores homines perfecta ueritas reuelatur.

Melius est partem habere quam toto priuari inst. ad leg. Falci. § ex diuerso.

Mens retenta nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob. l. si maiores. C. de transac.

Merū dicitur ab omni alia re separatū. l. qui. res. § in rome. & ibi glo. ff. de sol. l. sic. ubi Moder. post Ang. de leg. j. glas § j. in uer. a mero. de diui. stip. inst. per Iaſ in l. stipulationum aliæ in prin. per illum tex. ff. de uer. ob. Adde Paul. de Cast. in l. imperium. ff. de iur. om. iud.

Matrimonium contrahens supponit se fortunæ sicut nauis. gl. j. in c. nos nouimus. xv. q. ij.

Malos mores infirmitas animi non excusat. l. j. C. si aduer. delict.

Mitius agitur cum lege quàm cum eius ministro. l. & si post tres. ff. si quis cau. & l. Celsus. ff. de arbi. contra de. l. si sumus.

mina.ff.de arb.& l.si tamen.§.pe.de compens.de l.si liber tus.ff.de iurepa.ubi alienatio facta in fraudem hominis te net pro resolutione uide.d. Car.in cle.constitutionē.§.in= super.in j.q.de elec.per Ias.in §.item si quis in fraudem.in 9.col.de act.inst.& Decius format etiam contrarium in l.imaginaria.ff.de reg.iur.

Mala simpliciter sunt magis detestanda quā mala secundum quid.ff.de contrahen.emp.l.quod sæpe.§.uenent mali.

Mandatū intelligitur secundū q. dominus cōsuenit mādare l. Titianus.ff.quod cum eo.Bal.in rub.de procu.in iij.col.

Monachus antiquitus habebat proprium.gl.per tex.ibi in l. si quis presbyter.C.de epis.& cler.

Mille hominum species,& rerum discolor suus,uelle suū cui= que est nec uoto uiuitur uno: Persius est.gl.in l.barbarius. ff.de offi.preto.gl.fi.

Mores boni potius & prius attendi debent quàm diuitiæ,& dignitates quæ non sunt ita sufficiētes:ut in l scire.§.cum reliquis.ff.de tut.& cur.dat.ab his.

Mores posteriores derogant prioribus. Bal.in l.si filia.ff.de inof.testa.

Mors est casus fortuitus.l.licet.C.de pac.l.interdum.ff.de iu= di.l.ij.§.si eo tempore.ff.de admi.re.ad ciui.pert.

Magis expresse credendum est testibus deponentibus, & af= firmantibus quàm illis qui non expresse affirmant.iuxta notata in l.testium.C.de testi.cum simi.

Magis credendum est testi deponenti de uisu quàm deponen= ti de auditu.ar eorum quæ not in l.testium.C.de testi.& in cōcum causam.el primo.extra de testi.cum simi.

Melius est esse populare unius nobilis ciuitatis quā nobilē es= se mediocris ciuitatis.ita Bur.in l.j.C.de Alex.prima.lib. xj.per illum tex.& illud dictum Bar.in d.l.j.extollit Lud.

Ro.in repe.l.ſi uero.§.de uiro.in xiiij fallen.ff.ſol.mat.

Multa promittũtur cauſa neceſſitatis quæ alias non promitterentur.c.ſi quis propter.de fur.cum multis ſimi.ut per Iaſ.in l.j.in xx col.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.

Mulierum genus auariſſimum eſt in donando.l.ſi á ſponſo.C. de dona.ante nup.& ff.de dona.inter ui.& uxo.l.ſi ſtipulata.in fin.

Mendacium nemini nocens non eſt punibile.ita Bal.in l.ſi.per illum tex.ff.quòd cum fal.tuto.quia ut inquit Sal.in auth. contra qui propriam.col.iij.in prin.C.de non nu.pec.mendacium,quod alteri non nocet cenſetur negatorium.

Magiſter debet eſſe humilis & benignus auditoribus,& humiliter docere non cum auſteritate, & potentia.ut xlvj. diſt.habet hic.l.obſeruandum.ff.de offi.præſi.& l.illicita. §.ne potentiores.cum no.eo.ti.& nimia ſæuitia præceptoris culpæ comparatur.ff ad leg. Aquil.præceptoris.

Magis quis eſt laudandus in eo quod acquirit ex ſua uirtute & induſtria,quàm in eo quod naturaliter, & ex ſucceſſione ſibi peruenit in quo non oportet nos laudari neque uituperari.gl no.eſt in l.expreßißet.ff.de capti.

Maius per pœnitentiam emendatus ulterius malus non dicitur.l.quòd ita.ff.de edil.edic.& c.teſtimonio.de teſtib.& no.per Io.An.in c.ſemel malus.de reg. iur.lib.vj.quaſi dicatur nouus homo renouatus.l.diſt.c.ferrum.

Miſericordia eſt rigori anteponenda:ut extra de ſortile.c.j. C.de iud.placuit.& præceptum miſericordiæ omnibus eſt commune.ut lxxxvj.diſt.non ſatis.Et ſententia quæ miſericordiam uetat fugienda eſt ut l.diſt.ponderet.in fi.

Monachus qui non habet curam animarum non poteſt dare pœnitentiam alicui parochiano etiam cum licentia proprii ſacerdotis:hoc enim pendet ex cura animarũ. Et ideo nulli

nulli ſacerdoti hoc licet ſine licentia proprii. Epiſcopi.ita Arch.in c.j.prope prin.xvi.q.j.

Mulieres bonæ philoſophis hodiernis poſſunt comparari qui rari ſunt.ut l.ſed & reprobari.ff.de excu.tut.

Magnificus dicitur Rex & magnificentia, Epithetõ eſt regi conueniens tex.eſt & ibi Abb.in c.nouit.de of.leg & Io. An.in c.grandi.de ſup.neg.præla.in vj. Venetiis autẽ omnes dicuntur magnifici quaſi omnes ſint magna facientes.

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum. c. quod in dubiis. de conſe.eccl.uel alta.

Merces felicitatis non acquiritur niſi per laborem uirtutis. c.ieiunium circa prin.de conſe.diſt.v.

N

Nobis inuitis res noſtras alius detinere non debet.ff ſo. mat.l.ſi filiusfa.§.maritum.in fi.

Nemo uidetur dominus membrorum ſuorum.l.liber homo.ff. ad leg. Aquil.

Nobilior præſumptio in iure eſt accipienda. l.merito.ff.pro ſoc.l.quintus.ff.de do.inter ui.& uxo.ff.de re.iur.l.ſemper in dubiis.contra.ff.de le.ij.l.unum ex familia.§.fi.

Nemo poteſt eſſe iudex in cauſa.l.qui iuriſdictioni.ff.de iur. om.iud.& C.ne quis in ſua cauſa iudicet per totum.

Nemo poteſt eſſe in ſua cauſa.l.nullus.ff.de teſti.& C.e.l.om nibus. Nuptias non cõcubitus:ſed conſenſus facit.ff.de cõ di.& demon.l.cui fuerit.& ff.de re.iur.l.nuptias.

Nemo de domo ſua inuitus extrahi debet.ff de reg.iur.l.ne mo concor.ff.de in ius uocan.l.plerique.intellige in ciuili bus ſecus in criminalibus,& hic tenet gloſ.per tex in au then.ut nulli iud.§.quoniam. Nam domus tutiſſimũ cui que refugium atque tabernaculum eſt, & receptaculum. ff.de in ius uoc.l.plerique.

Nemo rẽ ſuam emere poteſt ſiue ſciat eſſe ſuam ſiue ignoret l.ſuæ rei.ff. de contrahen.emp.ſed ſi ignorans emit,poterit repetere quod ſoluit,quia nulla fuit obligatio.

Neceſſitas non habet legẽ.l.unica.ff.de offi.conſu.& ff.de execu.tu.l non ſolum.§.fi.ff.de offi. proconſ.l.aliquando cum multis aliis.c.ſicut non alij. de conſe.diſt. j.

Neceſſitas officij aliquid excuſat.l.quartum.ff.de in ius uoc. ff.de his quib.ut indi.l.tutorem.

Nemo inuitus agere uel accuſare cogitur.C.ut nemo inuitus. & c.in rubro & nigro.

Nemo ex alterius contractu obligatur.l.pen.in fi.C.ne uxor pro ma.uel econtra.

Nemo ex conſilio obligatur.ff.de pœ.l.j.§.ſi uero ſuaſerit & ff.man.l.ſi & enim.l.fi.& inſt.e.§.tua gratia interueni.

Non nocet cogitatio niſi ſequatur effectus.l.j. in fin.ff.quod quiſque iur.& ff.de pœ.l.cogitationis pœnam. Contra C. de fur.l ſi quis.& C.de epi.& cle.l.ſi quis non dicam.

Non debet nocere alij quod inter alios actũ eſt.l.nam & poſſea in fi.ff.de iureiur.

Nec maſculus nec fœmina per ſe ſufficiens eſt ad propagationem liberorum faciendam. in auth.de triẽ.& ſemiſ.§.& hæc omnia.in fi colla.iij.

Nemo in neceſſitatibus liberalis extitit.ff.de adi.leg.l.remigatam.in fi.

Non ualet reſponſio quæ lege non probatur.Not.gl.in auth. de trien.& ſemiſ. §. conſideramus. colla. iij ſuper uerbo erubeſcimus.

Non poteſt uideri deſiiſſe habere qui nunquam habuit.l.non poteſt ff.de reg.iur.

Non debet ei ſuccurri qui neceſſitatẽ ſibi imponit.l.ſi fideiuſſor.§.pe.ff.qui ſatiſ.co.& ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſi quis tamẽ. & ff.

& ff. qui satisd. cog. l. de die. §. fi. & C. de act. & ob. l. sicut.

Negligentia unius alteri non debet nocere. ff. de euict. l. rem hæreditariam. in fi. ff. de transac. l. iij. ff. ad Sillei. l. fi.

Non debet uia aperiri maleficiis. ff. de carbo. edic. j. §. sed & si quis. ff. de lib. cau. l. ordinata. ff. de litig. l. j. §. si inter.

Nemo ius sibi dicere debet. C. ne quis in sua causa ius sibi di. in rubro & nigro. ff. de iud. l. Iulianus. ff. de iurisd. om. iu. l. qui iuri. & l. si quis in tantũ. C. unde ui. extra. ff. quod met. cau. in fi. & ff. de arb. l. pen.

Non debet discooperiri unum altare ut alterum cooperiatur. c. cum causam. de præben. in antiquis. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.

Nemo alieno odio debet prægrauari. C. de inof. test. l. si quis. §. j. & C. de pœ. l. sancimus. & est regula iur. in vj. & de fi. c. nobis.

Non licet uariare. l. si cui. ff. de serui. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. fin.

Non est nouum ut lex quibusdam specialiter numeratis speciali uerbo subiiciat. l. si seruus seruum. ff. ad leg. Aquil. §. inquit. in fi. & C. de sacrosan. eccl. l. generaliter.

Non uidetur petiisse qui per exceptionem remouetur à petitione. ff. de reg. iur. l. non uidetur.

Nihil est quod lumine clariore refulgeat quàm recta fides in principe. C. de sum. tri. & fi. ca. epistola inter claras. i. prin.

Nihil est tam studiosum in omnibus rebus quàm legũ authoritas. C. de uet. iur. enucl. in princ.

Nomina debent esse consonantia rebus. instit. de dona. §. esi & aliud.

Non sufficit abstinere à malo nisi fiat quòd bonum est: in authen. de no. for. fide. circa medium. col. x. & idem no. glo. ff. de iust. et iu. l. iustitia. §. iuris præcepta super uerbo tri-

buere.& inſt.eo.§ ſuper uerbo ſuum.& in cle.cupientes. §.j.de pœn.& xxxij q.v.c.de forma.

Nemini facit iniuriam qui ſuo iure utitur.ff.de reg.iuris.l. nullus.

Non ſolent quæ ſuperabundant uitiare ſcripturas.ff.de re.iu. l.non ſolent.& l.uſuras.ff.de uſur. contra.ff.de reg.iur.l. actus.& inſt.qui da.tut.poſ.

Non poteſt uideri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat.ff.de regu.iur.l.non poteſt uideri. Concor.l ſi reſi= duum.C.diſtract.pigno.& l.ſi teſtamento.ff.de condi.& demonſtra.

Non eſt indulgendum maliciis hominum. ff. de rei uend.lin fundo alieno.§.penul.

Nemo præſumitur iactare ſuum.ff.de proba.l.cum de indebi= to.§.j.

Non licet accuſato de pari uel minori crimine reaccuſare.C. qui accu.non poſ.l.neganda pendente cum prima actione niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur.

Non uult hæres qui hæreditatem ad alium transferre uoluit ff.de reg.iur.l.non uult.

Non debet actori licere quod pro eo non permittitur.ff.de reg.iur.l.non debet.

Nemo plus iuris ad alium transferre poteſt quàm habet.ff. de reg.iur.l.nemo plus.

Nemo uidetur conſentire qui errat.ff.de re.iur.l.non poteſt.

Nemo alieno nomine agere poteſt.ff de reg.iur.l.nemo.

Nemo poteſt dolo carere ubi imperio magiſtratus non obtem perat.ff de reg.iur.l.nemo poteſt.

Nihil dolo facit qui ſuum recipit.ff.de re.iur.l.nihil.

Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere po= teſt.ff.eo.l.nemo.

Negans

Negans non tenetur probare. l. ij. ff de proba.

Non omne quod licet honestum est. ff. de re. iu. l. non omne.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. ff. eo. l. non debet. C. de transactio. l. transactio.

Nolenti agere non currit præscriptio. C. de inoffi. testamen. l. contra maiores.

Nemo inuitus cogitur suscipere procuratorium. l. inuitus. C. de procura.

Non euadit quis pœnam delicti si mandato alterius fecerit. C. de accu. l. non ideo.

Nemo potest habere duas uxores. l. eũ qui. C. ad l. Iul. de adul.

Non est licitum fideiussori emere rem debitoris pro quo fideiußit. l. fideiussor. C. de distract. pig.

Nihil actum credimus dũ aliquid est superagendum. l. cũ Syllanianum. in fi. C. de his qui. ut indi. uide Io. de pla. per illũ text. in l. cum procurator. C. de metal. & metal. lib. xj.

Nemo compellitur ire ad iudicium die feriato. ff. si quis in ius uo. non ierit. l. ij. in fi. & C. de ferijs. l. omnes.

Nemo debet interrogari de conscientia aliena. C. de accu. l fi.

Non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. C. de proba. l. neque naturales.

Nulli credi debet se habere mandatum principis nisi ostenderit literas principum. l. unica. C. de manda. prin.

Nemo debet mutare consilium in alterius iniuriam. ff. de re. iu. l. nemo. C. de neg. gest. l. fi.

Non uidetur rem amittere cuius propria non fuit. ff. de re. iu. l. non uidetur. ff. qui mo. usu. amit. l. j. §. sed si ita demum.

Nemini debet abstrahi ius suum: instit. de his qui sunt sui &c. §. fin.

Negligẽtia, cum negligẽtia cõpensatur. ff. de compen. l si ambo. in prin. &c. pœna pœnæ. ff. de re. iur. l. compar. §. fi.

Nemo ex suo dolo debet lucrari. l. non debet. in fi. ff. de dolo malo.

Nemo defensor in aliena re sine satisdatione: instituti. de satisda. §. si uero in personam.

Nemo debet esse negligens in suo officio. ff. de excus. tu. l si duas. § nemine. & ff. de admi. tu. l. cum plures nimium. & ff. de offi. præsi. l. diuus Marcus. in fi.

Negligētia omnia lædit. in auth. de quæsto. §. sed & pigritiæ. col. v j. & C. de colla. l. penul.

Non debēt melioris conditionis esse male agentes quàm bene ff. de noxa. ac. l. non solum. pro hoc glo. circa prin. glo l. j. C. credi. euict. non te.

Nephas uidetur esse nulla præfatione iudici rem exponere. ff. de orig. iuris. l. j.

Nephandum est aduocatos sine aliqua præfatione loqui. l. prædicta. ff. eo.

Non uidetur res reddita, quæ deterior facta redditur. l. iij. §. j. ff. commo.

Non est standū omnino præsumptioni: no glo. in l. res hereditarias. ff. de cri. expi. hære. & C. res inter alios acta l. j.

Noua placent no. in prohemio. ff. §. in secundo autem anno. super uerbo quia noua.

Nihil est quod nequeat actioni subijci quàm uera religio. C. de sum. tri. & fi. ca. epistola inter claras. circa prin.

Nihil debet esse superfluum in legibus: ar. in l. si quando. ff. de le. y. adde tu tex. singulare in l. j. ff. quòd me. cau.

Nemo debet esse nimis credulus. l. fi. in prin. C. de accu. l. j. §. j. de eo per quē factum fuit quominus. l. iij. §. si sic accepi. ff. de in rem uer. uide quæ dixi suprà in uer. Aliquis fo. y.

Nolite inebriari uino. l. omne delictū per uinum. ff. de re mi.

Nolite iudicare & non iudicabimini: & illud, qua mensura

mensi

menſi fueritis remetietur uobis. no.glo.l.rem non nouam. §.eod.C.de iudi.ſuper uerbo iudicabuntur.

Nihil tam naturale quàm unumquodque diſſolui eo genere quo ligatum eſt.ff.de reg.iur.l.nihil. & ff. quando lib.ab emptio.diſce.l.j.

Nota reddendo ſingula ſingulis.inſti.de duo.reis.§.pe.

Non imputatur ei aliquid ſi nõ facit quod ſi facere uellet non poſſet:no.glo.in l.cum quidã.§.ſi pupillo. ff.de uſur. & l. pecuniæ in fi. eo.tit & ff.de arbi.in fi.C.de anna.exce.l.j. in fi.ff.ad leg.Iul.de adult.l.ſi maritus.in prin.

Nomina & uerba trãſpoſita idẽ ſignificãt.l.præpoſteri.C.de teſta.& l.cum poteſt.§.fidei tuæ committo.ff.de leg.ij.

Nil refert quid ex æquipollẽtibus fiat.C.de inſti.& ſubſti.l.ſi modo. & C.de dona.quæ ſub modo.l.fin.Contra de.l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de lega.j. uide limitationem per Corſe.in reperto.in uerſi.formæ ad unguem.

Non minor eſt uirtus quàm quærere parta tueri.Not.gloſ.C: de no.co.confir.ſuper uerbo poſita.

Non faciunt molles ad fera bella manus.Not.glo.de exce.l.ij. in fi.glo.& glo.in uer.poſita. C.de no.co confir.

Nihil magis bonæfidei cõgruit quàm id præſtari quod inter contrahentes actum eſt.ff.de ac emp.l.emptio.

Noxa caput ſequitur.inſti.de noxa.§.omnes autem.

Nullus uidetur dolo facere qui ſuo iure utitur.l.quod & lex. §.j.ff.de libe.ho.exhi.l.fluminum.§.j.ff.de dam infe.

Non uidetur uim facere qui ſuo iure utitur.l.non uidetur.ff. de regu.iur.

Nil doloſus doloſo tenetur.ff.de dolo.l.ſi diuus.ſecus tamen ſi tibi feci damnum in una re,tu mihi in alia:quia ambo agimus.ff.de noxa.l.quædam §.j.& argu ff.de ui & ui ar.l. colonus.eſt tex.in l.tutor.§.liberti.ff.de ſuſpe.tut.

Nimis

Nimia ſæuitia culpæ aſſignatur. l. præceptorum. ff. ad l. aqui.

Nuda traditio nunquam transfert dominium. ff. de acq. rerũ do. l. nunquam hoc uerum. niſi iuſta cauſa præcedat.

Nemo uiuit ut lupus uento. l. fi. C. de ali pu l. præſes. & l. fin. in fi. pro hoc glo. l. ſed ſi lege. §. quod autem. ff. de peti. hære re ſuper uerbo erogaſſet.

Nemo ſine actione experitur. l. quoties. §. item ſi tẽporali. ff. de adminiſt. tut uide Iaſ. inſti. de actio. in prin. col. xvj.

Natura cohæret ſolo ſuperficies. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de ac & obli. cõtra de. l. poſthumus ff. de inoffic. teſta.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: ut in tit. de eo qui arma belli depoſuit. c. j. & de feudo fæmi. c. .col. x. ubi dicitur qui factus eſt miles Dei deſinit eſſe miles ſeculi. Item ſcriptum eſt: nemo Deo militans implicat ſe negotijs alienis. xxj. q. iij. c. apoſtolorum. & c. placuit. & C. de epiſcop. & cleric. l. naturaliter. Contra hoc facit text. in l. duorum. ff. de ope. libert. ubi duobus eodem tempore poteſt quis ſeruire, pro ſolu. uide do. Abb. in c. ex literis. in vj. col. de probat.

Nã ſequitur leuiter filia matri iter. Et ſequitur leuius patris iter filius. Iſtud not. in l. quod ſi nolit §. qui mancipia. ff. de ædi. edic. & glo. eſt finalis decreti quæ hoc dicit.

Negotia grauia debet quis per ſe tractare non per procuratorem. C. de procu. l. ult. ar. c. ſi pro debilitate. de offi. delega.

Non eſſe & non poſſe fieri paria ſunt. l. multa. in princ. ff. de condi. & demon. l. naturalem in prin. ff. de acqui. re. do. l. gallus. §. uidendum. ff. de lib. & poſthu. Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi uxor. ff. ſolu. matri.

Non uidetur poſſe fieri quod non poteſt fieri honeſte. l. nepos proculo. ff. de uerb. ſignifi.

Nemo damnum facit niſi qui id fecit quod facere ius non habet.

bet. ff. de reg. iur. eadem regula.

Nunquam actiones præsertim pœnales eadem re concurrentes alia aliam consumit. ff. eo.

Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur regula iur. ff. de dolo. l. eleganter. §. seruus pas.

Non esse & non apparere paria sunt. l. in lege. ff. de contrah. emp. l. cum res. in prin. ff. de leg. j.

Non alienat qui dũtaxat omittit possessionem. ff. de reg. iur.

Non uideri principem defuncto priuilegium concessisse quod ei quem uiuere æstimabat concessit. ff. de regulis iuris. l. Neratius.

Non est singulis concedendum quod per magistratum publice posset fieri ne occasio sit maioris tumultus facienda regula iur ff.

Nemo ideo obligatur quia recepturus est ab aliquo quod præstiterit regula iur. ff. l. supra. §. apud Labeonẽ. ff. de aqua plu. ar. contra. ff. de pecul. l. & ancillarum. §. si quis cum seruo. Item ad legem falci. si fundum. §. si ex tu.

Non uidentur data quæ eo tempore quo dantur accipientis non fiunt. ff. de re iu. ff. de uerbo. oblig. l. ubi autem. §. fi. ff. de uerbo. obliga.

Nemo diu gaudet qui iudice uincit iniquo. l. in hæredem. ff. de calum. in glo.

Nimis festinas Marcelle. l. j. ff. de ex. rei iudi.

Nullum crimen patitur is qui non prohibet cum prohibere non pŏtest regula iur.

Nulla intelligitur mora ibi fieri ubi nulla petitio est regula. ff de uerb. obli. l. si pupillus. Contra de. l. si pacto quo. C. de pact. & l. nuda. C. de contraben. & commit. stipu.

Non uidetur quisquam id capere quod ei necesse est alij resti-

tuere

regula.ff.l.si pars.§.fina.ff.de inofficio.testamen. l. tam ei. ff.de leg.iy.

Nemo qui condemnare non potest,absoluere potest regula iu. contra de.l.fi.ff.de iniust.rup testa.

Nullus pluribus defensionibus uti prohibetur regula iur. in vj.& C.de transact.interpositas.

Non præstat impedimentum,quod de iure non fortitur effectum regula.vj.& c.congregato.de elect. & ff. de uerb. obli l.si dari stipuler.& ff.de op.leg.l.iy.& iy.

Nihil interest quod uerbis dicatur uel signo indubitabili demonstretur.l.quoties.§.si quis nomen. ff. de hæred. instit. hoc limitatur nisi sit data forma.Corse.in reperto.in uers. forma ad unguem.

Nihil consensui tam contrarium est,qui & bonæfidei iudicia sustinet,quàm uis atque metus: quem comprobare contra bonos mores est:regula iur.

Non capitur qui ius publicum sequitur:regula iur. concord. text.in l.non uidetur.C.de in integ.resti.& de minor. lucrum.§.item non resti.

Non uidetur consentire qui errat regula est iur. ff.cõcor.tex. in l.si per errorẽ.ff.de iur.om.iud.& l.y. ff.de iud.in prin. ar.contra.ff.ad leg falci.l.j.§.si legatarius.

Natura comparatum est ut homines sint faciles ad dissentiendum.l.item.§.principaliter.ff.de arbitris.

Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri regula iur.in vj.& c.de quarta.de præscrip.

Non entis nullæ sunt partes.l.eius qui insulã. in fi.ff si cer.pe.

Nõ posse quis dicitur quod non potest fieri absq; dispensatione no. Domini.per gl.pe.ibi in c.gratia.de rescri.in vj. & dicitur non posse fieri illud quod debet fieri per remedium extraordinariũ.ita Inno.& ibi Abb.in c.pastoralis.

ubi

ubi Abb. in fi. de cau. poſ. & proprie. de quo per Deciũ. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. in v. col. de iudi. & alibi dicitur quod abſque diſpenſatione fieri non poteſt. l. apud Iulianum. §. fi. de leg. j. §. fœminæ. ubi Ange. inſti. de adop. de quo per Decium in c. j. in ij. col. de fi. inſtru. Dyn. in regula ſemel Dec. & ibi moder. de regu. iur. in vj. uide Not. in clemen. ſæpe. in xiij. col. de uerbo. ſigni. uide etiam quæ dicit do. mens Ludouicus Gomeſius in ſingularibus ſuis. ll. de fideic. lib. l. iiij.

Negatiua æquipollet affirmatiuæ. l. ſi quis codicillos. & ibi gl. C. de codicil.

Nunquam ex poſtfacto creſcit præteriti delicti æſtimatio. l. omnis. §. nunquam. ff. de reg. iur.

Non videtur perfecte cuiuſque id eſſe quod ex cauſa afferri poteſt. l. omnes. § non uidetur. ff. de reg. iur.

Non eſt ſine culpa qui rei quæ ad ſe non pertinet ſe immiſcet. c. non eſt. de re. iur. lib. vj.

Non ſunt facienda mala ut inde ueniant bona. no. glo. in l. qui ſub prætextu. C. de ſac. ſan. eccle. & in c. magna. ne cle. uel mo. contra de. c. dixit ſarra. xxxij. q. iij.

Nomina uerbalia important factum. l. conſilio. in fi. ff. de cu. fur. ex quo dicebat Iaſon in l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio. quod ſtipulatio eſt facti. uide ibi.

Non refert an aliquid an prope illud facit. ff. de dolo. ex ap. §. ſi quis ad uelle. l. tutor. §. cum quidam. in fi. ad turp. l. j. §. fi. contra. ff. de tutel. ſi filius. de fur. inficiendo. de ſolut. ſi homo. §. fi genere. limita ut per Corſe. in reperto. in uerboforma ad unguem.

Non eſt idem iuris de parte quo ad partem: & de toto quo ad totum. ff. de ſeruit. urb. prædi. l. per fundum. & l. cũ de indebito. de proba. contra de admini. tuto. l. ſi duo. & ff. de

uſur.

usur. l. qui scit. in prin.

Non quod est: sed quod esse creditur attenditur. *l. diuus. ff. de offi. præsi. & ff. de peti. hære. si putas alias si possessor.*

Nutrix: mater: & auia æquiparãtur. *l. j. §. consequens. ff. de suspect. tuto.*

Negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmat. *l. si rusticus. C. de test. mili. l. iij. §. liber. de suspe. tuto.*

Natura huius copulæ, & est copulare diuersa. *c. ex parte. de rescrip. cum simi.*

Non potest quis ex unico actu iudicari bonus uel malus uel industriosus: in probe. institu. §. cunque. ibi solertia. & *l. j. C. quib. & aduer. quos.*

Nemo iniuria propria uindicare debet authoritate propria. *xxij. q. iij. inter querelas. & q. v. de occidendis.*

Notorium æquipollet expresso in tenore libelli. But. in c. per tuas. de sen. excommu.

Nemo debet se opponere illi à quo recipit beneficium. *xxij. q. v. de forma. & extra de postu. c. ult. ff. de inoffi. test. si pars in fi. §. hoc autem. vij. q. ij illud.*

Notoria iniustitia sententiæ etiam in ea non expressa reddit eam inualidam. Abb. in c. inter cæteras. de sen. & re iu. & Ludoui. in *l. admonendi. x. col. ff. de iureiu.*

Naturale uitium est negligi quod communiter possidetur: ut si habere nihil qui non tantum habeat arbitretur denique suam quoque partem corrumpi patitur: dum inuidet alienæ. text. in *l. ij. C. quando & qui. quarta pars debe. lib. x.*

Nullum malum peius est quàm christianos suis inuidere sacerdotibus. *c. sunt plurimi. vj. q. j. in fi.*

Nemo potest sibi eam legem dicere à qua sibi recedere non liceat. *l. si quis. in prin. ff. de leg. ij.*

Non

Non eſt inſpiciendum quod ſit: ſed quod fieri debet. ita elegantiſſimè dicebat. Proculus iureconſultus in l. ſed licet ff. de offi. præſi. Non tam ſpectandum eſt quod Romæ factum eſt quam quod fieri debeat.

Non poteſt dirui domus ad hoc ut fiat uiridarium. Bartholo. Cepola in tractatu deſeruit. tit. de horto. per l. an in totum C. de edi. priua. & l. ſenatus. ff. de contrahen. emp. & l. cætera. §. j. ff. de lega. j.

Nobiles pro maiori parte hodie ſuperbi. & inimici populariũ: guloſi & luxurioſi plus quam populares: & nihil aliud ſciunt niſi comedere, bibere, & ſuperbire. ita dicit. Bal. in l. per adoptionem. ff. de adop. in prima lectura.

Nobilitas ſtercus eſt niſi habeat uirtutis concomitantiam. Hoſtien. in c. uenerabilis. de præben. & dicit idem Hoſt. in c. tua de conſan. & affi. col. ij. quòd qui ſuperbit de nobilitate aut nobiliori ſanguine: de nobiliori ſtercore intumeſcit.

Nobilitas & ſcientia æquiparantur quoad promouendos. Barba. in c. poſtulaſti. de reſcript. col. ij. & idem. Barba. in c. accedens. ij. ut lite. non conteſta.

Non deductum per malitiam in cauſa principali non poteſt deduci in cauſa appellationis. glo. fin. in c. inter monaſteriũ. de ſen. & re. iu. quã ſequitur Hoſt. Ioan. But. & Abb.

Narratio determinatur à concluſione Franci. Aret. in l. ait prætor la. ij. de iureiur. numero. 17.

Non enim loca: ſed uita & mores ſanctum Deo faciunt ſacerdotem quum ex officio ſuſcepto non licentiam peccandi: ſed neceſſitatem uiuendi ſe nouerit aſſecutum. ita tex. xj. diſt. in fi. prin. tanto nẽpe ſtudio maiore omnigena ſe uirtute monſtrabilem debet pontifex exhibere: quanto ſi deuiet plures ſuo exemplo peſſum eunt. Si enim Papa ſuæ & fraternæ

ſalutis negligens deprædēditur inutilis & remiſſus in ſuis operibus: & inſuper: à bono taciturnus innumerabiles populos cateruatim ſecū ducit primo mācipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternū uapulaturos. ita tex. in c. ſi papa. ea diſ. Trahitur quippe uita pōtificis (imo & cuiuslibet prælati) facile à ſubditis in exēplum. c. magnæ. de uo. quia ſunt ut ſignū ad ſagittā poſiti. c. qualiter & quoniā ij de accuſa. Et facit quod uulgo dicitur. Regis ad exemplum totus componitur orbis not. glo. in c. ex merito. vj. q. j.

Nihil uile ac ſordidum in ſacerdotis ore uel opere debet apparere ſed cuncta quæ agit loquitur: & cogitat coràm hominibus & interni arbitri conſpectu oportet eſſe gloriosa. c. oportet. uerſi cauere enim. lxxxiij. diſt. ualentinianus paulo poſt prin. lxiij. & c. his igitur. xxiij diſt.

Neceßitas excuſatà periurio. xxiij. q. viij. ſi nulla. c. breui. de iureiur. & 50. diſt. preſbyteros.

Neceßitas legem non habet, de conſue. quanto. & de re. in. quod non eſt. & de conſue. diſt. j. diſcipulos. & l. uni. ff. de offi. con. & l. non ſolum cum uulga. §. fi. ff. de excu. tuto.

Non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectū. l. quod pupillæ. cū no. ff. qñ di. le. ce. & l. ij. iij. & iiij. ff. de op. le. c. illud. c. quod autē. de iu. patro. & c. bone de elec.

Non debemus recedere à regula iuris niſi quatenus reperitur exceptum. l. omnis diffinitio. de reg. iur.

Nomina eſſe debent conſequentia rebus ut in. §. eſt & aliud. in ſtitut. de dona.

Nullum opus humanū ſemper durat: & mortalis labor nihil efficit immortale.

O

OMne rarum charum in auth. de conſuli. §. j. col. iij ff. de legibus. l. nam ad ea melior tex. in c. legimus.

Omn

Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei qui sibi bene facit. No. glo. l. & si. l. §. consuluit. ff. de pe. hære.

Omne promissum de iure debitum est. C. de suffra. l. unica. in rub. & insti. de verb. obl. in prin. iuncta. l. j. ff. de pact. iuxta. l. non minorum. C. de transact. in c. j. de dona. & l. nemo ff. de in integ. rest. Quid enim magis fidei humanæ congruit quam seruare ea quæ placuit inter eos. q. d. nihil

Omne quod est nimium uertitur in uicium. Not. glo. in auth. ut deter. sit nu. circa prin. col. j. cum suis allega.

Omne artificiũ per exercitiũ recipit incrementũ. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de le. iij. C. de re mili. l. milites. li. xij.

Omnes uidentur facere quod facit maior pars. ff. ad municip. l. quod maior. ff. de reg. iur. l. aliud. §. j. ff. de pact. l. maiorẽ. C. de decurionibus. l. nominationum. lib. x.

Omnia non possunt simul memoria retineri. l. ij. §. si quid autem. C. de uete. iure enucle.

Omnia noua pulchritudine sunt decorata in prohemio. ff. §. in secundo autem anno.

Omnes scire debent quod non est suum hoc ad alios pertinere. l. si. C. unde ui.

Omnia sunt permissa quæ per legem prohibita non inuenium tur. l. nec non. §. sed quod egit. ff. ex qui cau. ma. ff. de proba. l. ab ea. & ff. de testi. l. j. §. j. & ff. de procu. l. mutus. §. conqueritur. C. de relig. & sumpt. l. statuas.

Omnis diffinitio in iure ciu. periculosa est: parum enim est quod subuerti non posset. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

Omnis sapientia à domino Deo est. & omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. Not. glo. l. ij. ff. de leg.

Omnis diffinitio est oratio substantiã cuiuscunque significãs secundum Bœtium. No. glo. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu.

Obſides ſunt qui dati ſunt à Roma. hoſtibus pro captiuis redimendis uel pro pace componenda. No glo. l. obſides. ff. de teſtamen.

Obſides teſtari non poſſunt. l. obſides. ſupra alle. niſi eis permittatur.

Odia ſunt reſtringenda: fauorabilia amplianda ſunt. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu.

Omnia morte ſoluuntur. C. ſi reus uel accuſ. mor. fu. l. j. ij. & iiij. niſi in vj. caſibus exceptis ut læſe maieſtatis.

Obligatio eſt mater actionis: inſti. de ac. in prin. & ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio.

Omnes fructus iure ſoli non iure ſeminis percipiuntur. l. qui fundum. ff. de uſu.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito caſu quæ ualuere ruunt. No. glo. l. ſi debitor ſuper uerbo damnum eſt. ff. de iud.

Omnia principis eſſe intelliguntur. C. de quadri. præſcri. l. fin. in prin. Pro hoc facit. l. j. ſuper uerbo procurator meus. C. credi. euic. non debere.

Ordo ſcripturæ non attenditur. l. eo quòd à multis. C. ſi cer. pe.

Omnia ſunt mobilia: in auth. de non alie. aut permu. re. ec. §. ubi autem. col. ij.

Occaſio malignandi eſt auferenda. l. ij in fi. C. de indic. uid. tol. & inſti. ui. bo. rap. §. ſed nedum.

Ocium & uoluptas arma ſunt hoſtis antiqui. c. niſi cum pridem. §. uerum de renunci.

Ordinamus. i. conferimus. c. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. vj. ubi Archi. & Cardi. Alex. in c. epiſcopus. xxiiij. di. per. c. ſuper eod. de offi. deleg.

Originalis cauſa attenditur non illa quæ uenit per accidens. l. ſi quis ne cauſam. ff. ſi cer. peta. facit. l. ij. ff. de origi. iur.

Bo.

Bo. text. in l. qui id quod. ff. de dona. Pe. de Anch. consi. cccxxxix. in j. col.

Omnis res à causa proxima denominari debet. l. quisquis. §. hæc uerba. ff. de uul. & pup.

Omnino. text. est in l. testator circa medium. ff. de testa. tutel. uide Decium in repeti. §. de adulterijs de iudi. in v. col.

Omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt semel inclusæ iudicio saluæ permanent: regula iur. ff.

Obligatione principali cassata de rigore remanet accessoria l. ij. C. de lui. pig.

Offerri dicitur non petenti. l. fideicommissa. § si rem suam. ff. de leg. iij. c. litera in fi. extra de resti. spoli. in c. interposita in prin. de appel. adde tex. in §. igitur in uerbo obtulerit insti. de obli. quæ ex quasi contractu.

Omnis bona definitio debet conuerti cum definito est bonus tex. ultra illos qui uulgariter allegantur in l. Quintus mutius. ff. de au. & ar. leg. & omnes partes definitionis debẽt prædicari de suo diffinito. l. quæsitũ in prin. ff. de fid. instru.

Omnis status sub perpetuo motu consistit in authen. de non alie. §. ut autem lex in glo. in authen. de nup. §. nuptias in uerbo solubile.

Obligatio adhæret oßibus nostris sicut anima adheret corpori. ff. de pecul. l. quis ergo casus in glo. quæ alleg. concor. & imprimitur in nos sicut caracter in animam. l. iij. ff. pro soc.

Opinio unius cum æquitate. plus ualet quam multorum sine æquitate. tex. est in l. quòd dicitur. §. si dos. ff. de impen. in re. do. fac concor. tex. in c. capellanus extra de ferijs. & est tex. no. in l. j. sed neque. C. de uete. iu. enu. de quo uide tex. in l. si seruum. §. sequitur. ubi Iason multa no. ff. de uerb. obl.

Omne agens agit propter finem: & finis est qui mouet agentem.

tem.l.si pater.& l.cum apud.C.de hære.insti.l.eam quam. ubi Bal. C: de fideicommiſ.

Officia publica ſunt interdicta fœminis propter honeſtatem. l.fœminæ.ff.de reg.iur.

P

PAter & filius eadem perſona reputãtur. C. de impub. & ali.ſubſti.l.fin.in fi.c.cõtradicimus in fin.xxxv.q. iij.uide per omnia iſtius regulæ omnino quæ adducit Hyppo.de Marſi.in ſingulari ſuo ibi incip.pater.

Patris & filij teſtimonium pro uno habetur. ff. de mulg. & pup.ſubſti.l.fin.§.in ſecunda.

Pater filium ſuum in cauſa neceſſitatis poteſt uendere. l.ij.C. de paren.qui fi.ſu.di.

Principium ſpectãdum eſt.l.j.ff. de orig.iur. Nam dimidium facti qui bene cepit habet.

Præcium loco rei ſuccedit.l.& rem. ff.de peti. hære. ſed ſpeciale in petit. hære.

Pacta quæ contra leges fiunt nullam uim habere poſſunt.l. pacta.C.de pact.& l.non dubium.C.de legi.

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.ff.de reg iur. l.neque pignus.in fi.

Per exteriora iudicantur interiora. inſtit. de re. di.§. pæonum.& ff. de ædil.edic.l.ſi tamen.§.ij.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.ff.ne quis eum qui uoc. eſt in ius ex l.ij.& ff.ſolu.ma.l.uiro.

Præcia rerum ſecundum ueritatem non ex affectione ſingulorum uel utilitate ſunt æſtimanda.ff.ad l.fal.l.præcis.& l.præcedenti.& ff.ad legem aquil.l.ſi ſeruum meum.

Paupertas prodeſt.l.ſiquis ad declinandam.§.finautem.C.de epi.& cle.ff.de offi.præſ.l.illicitas. §.fin. Aliquando non excuſat nec prodeſt.ff.de ritu nupt.l.palam.§.non eſt.

Par

Partus sequitur uentrem. l. partum. C. de rei uen.

Peius est male credere quam nullo modo credere. l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de acq. emp. in glo.

Pœne sunt molliendæ. & non asperandæ l. interpretationem. ff. de pœ.

Pœna est mensura delicti. l. sancimus. ff. de pœnis.

Præcium loco rei succedit. ff. quæ in frau. cred. ge. sunt. l. quia debitorem. in fi. & ibidem not. glo. sic. ff. de rei uend. l. iul. in prin. & de regu. iur. l. factum.

Punitur affectus licet non sequatur effectus. l. & generaliter. in prin. ff. de calū. & l. si quis persuaserit. C. de furt. & ff. de cōdit. ob turpē cau. l. si à seruo. uide supra in litera A.

Publicè rei interest dotes mulieribus obseruari. Cum maximè sit necessarium dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam. l. j. solu. matrim.

Præteritio fœminarum pro exhæredatione habetur. l. filiam præteritam. ff. de inoffi. testa. & ibidem not. glo.

Prætextu periurij non tractatur causa. l. j. C. de reb. credi.

Par parem cogere non potest. l iij ff. de arb. C. de appel. l præcipimus. §. penul. C. de legi. l. digna.

Plus semper debet ualere pignus quam debitum. unde dicitur quòd residuum deberet reddere creditor debitori quanto plus pignora uendidit. C. de iur. do. impe. l. fin. sinautem.

Patientia pro consensu ualet. ff. de exerci. l. j. §. magnum. & ff. nau. cau. sta. l. j. §. penul.

Prima uoluntas ad se trahit ultimā. ff. de le. ij. si mihi. §. si.

Plus ualet quod agitur quam quod simulatè concipitur. C. plus ualere quod agitur per to. l. si donationis causa. C. de contrahen. empt.

Per ingratitudinē filius redigitur in potestate. C. de ing. li. l. j.

Præsens stipulatio non trahitur ad futurum. Not. glo. super

uerbo augeri. ff. de dam. infec. l. dammi. §. si iis qui uitiat.

Pactum à iure communi remotũ non est seruandum. l. iurisgen. §. fin. in fine. ff. de pact. & iuramentum factum in ciuili pacto iure communi remotum non est seruandum: ut in e. l. e. §. supra alleg.

Parcitur uitio naturali. ff. de dam. infec. l. fluminum. §. uitium.

Pactum siue pactio est duorum pluriúmue in idem consensus & placitum. ff. de pac. l. j. §. & est pactio.

Plus uilis persona quàm nobilis ex æquali delicto punitur. l. si criminis. & l. seruo. C. ad l. iul. de ui. pu. & ff. de incen. rui. l. pedius. §. fin.

Plus punitur sæpius delinquens ui. l. seruos. C. ad l. iul. de ui. pub. & C. de epi. audi. l. iiij. in fin.

Pactum personale non transit ad hæredem. l. si tibi. x. §. si quis proficiscatur. ff. de pact. Et ideo si fecerim pactum creditori meo ne à me petat sed ab hærede hæredi non proderit exceptio: quia est pactum personale. ut. ff. de pact. l. iurisgen. §. pactorum.

Pignora mihi obligata locare possum. l. creditor. ff. de pig.

Pactum factum super futura hæreditate non uidet nisi consenserit testator. l. fin. C. de pact.

Pacta quæ ex interuallo sunt apposita in aliquo cõtractu non inesse uidentur ipsi contractui. ff. de pact. l. iurisgen. §. si ex interuallo: imo antequam uideantur inesse cõtractui oportet. quòd sint in ingressu facta: ut in e. l. §. item Marcel. in fi. §. aliquid est in §. ea enim pacta.

Præcedente uno malo sequuntur alia. ff. de rei uend. ex diuersa. §. j. in auth. ut iudi. sine quoquo suffra. §. consideranm col. ij. in glo. super uerbo illicito.

Prætor ait pacta seruabo. l. iurisgen. §. prætor ait. ff. de pact.

Potentiori pares esse non possumus. ff. de ali. mu. iudi can. fac.

fac.l iij.& ff.de arbi.l.nam magiſtratus.& ff.de aqua plu. arc.l.j.§.ſed ſi uicinus &c.

Parum eſt ius in ciuitate eſſe niſi eſſent qui iura tuerentur. l. ij.§.poſt originem.ff.de ori.iur.c.commiſſam.& c.ubi periculum. de elect.lib.vj.

Pacta ſunt ſeruanda.ff.de act.empt.l.ex empto.

Prima poteſtas eſt res inæſtimabilis. l. filius. §. ſi uulgarem. ff. de le. j.

Pater & filia non poſſunt coniungi per matrimonium inſtitut. de num.§. ergo non omnes. nec mater cum filio: ut in eod.§.

Per epiſtolam nullus fit hæres uel cohæres. l. epiſtola. ff. de pact.& C.de proba l.non epiſtolis.

Pacta quæ dolo malo facta ſunt,non ſunt ſeruanda.ff.de pact. l.iurisgentium.§.dolo malo.

Puberes dicuntur illi qui ſunt maiores.xiij.annis.Et ita accipiunt inſti.de nup.§.j.

Pacta quæ turpem cauſam continent non ſunt ſeruanda.l.ſi unus.§.pacta.ff.de pact.

Per negationem res efficitur dubia. C. qui. ad liber. procla. non li.l.ij.cum alleg.per glo.

Poſſeßio dicitur quaſi pedum poſitio.l.j.in prin.ff.de acquirend.poſſeß.

Prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur.l.fin.C.de commo.

Procurator dicitur qui mandato domini negocia adminiſtrat aliena.l.j.ff.de procura.

Plus diuiti quam pauperi creditur:inſtit.de ſuſpec tuto.§.ſi. in fin.& ff. de excu. tu.l. ſpadonem.§. fin.in auth.de teſtibus.§.ſumus autem.& præcipuè col.vij.

Prout quis delinquit ita debet puniri:quis plus delinquit plus

plus punitur : & qui grauius delinquit grauius debet puniri. unsti. de pu. iudi. §. item. l. iuli. de ui pu.

Pactum contra mores non est seruandum. C. de pact. l. fin. §. secundum. & l. j. & illud non probandum. ff. de po. contra. ff. de pact. l. si unus.

Pacta ex bona fide facta & à iure approbata debent seruari. l. j. §. quæ depositis. in fi. ff. depo.

Præcarium est quod precibus petentis utendum conceditur tandiu quandiu is qui concessit patitur. l. j. in prin. ff. de præca.

Præcarium à commodato differt, nam commodatum datur ad certum usum ut possint per leges illius tit. ff. commo. & etiam differt in alijs causis enumeratis in glo. l. j. ff. de præca. & ibi uide.

Pupillus per acceptilationem liberari potest sine tutoris auctoritate. l. pupillum. ff. eod.

Posthumus proprie dicitur qui nascitur post mortem patris. ff. de iniusto rup. & irri. testa. l. iij. §. j.

Princeps legibus solutus est. l. princeps. ff. de legi.

Prætor reddere ius dicitur : etiam cum inique decernit. l. iustpondus. ff. de iusti. & iure.

Parcitur sponte confitenti. l. iij. in fin. ff. de ali. iud. mu. causa fac. C. de his qui le. di. l. j. lib. x. & in auth. ut liti. iurant. §. si quos auth. col. ix. & ff. de mi. licet ex causa. §. ij. & C. de plus peti. l. j. ff. de iureiur. l. eum qui. & C. de non nu. pe. auth. contra impropriam. C. ad l. iul. maie. §. fin. l. penul. & ff. de pe. hæ. l. sed & si lege. §. pen.

Pœna est omnium delictorum cohertio. l. illud est. §. j. ff. de uerb. signi.

Probatio est rei dubiæ per augmenta ostensio. Not. glo. super rubrica. C. de proba.

Prob

Probationes debent esse luce clariores. C. de proba. l. fin.

Plus facit gravitas & benigni mores quam facultates. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire oportet. §. pen. facit text. in l. si quis stipulatus sit in fin. ff. de uerbo. obli.

Plus negat negatio quam ponit affirmatio. C. de dona. l. filius familiæ. §. j.

Proniora sunt iura ad absoluandum quam ad obligandum. ff. de act. & obl. l. arrianis. ff. de re. iur. l. fauorabiliores.

Patientia habetur pro præcepto. ff. de his qui no. infa. l. liberorum. in fi.

Patientia habetur pro consensu. l. si fideiussor. in fin. C. manda. & ff. eod. tit. l. qui patitur.

Proximus est quem nemo sequitur. l. proximus. ff. de uer. sig.

Princeps bona concedendo uidetur etiam obligationes concedere. ff. de uerbo. signi. l. princeps.

Parcitur uerecundiæ alicuius. ff. de dona. l. si patronus. in princi. & j. respon. ff. de fur. l. penul.

Parcitur ignoranti & non scienti. ff. mandati. l. fideiussor. & C. de euic l. si fundum.

Parcitur alicui errorem suum corrigere: insti. de ac. §. si quis aliud.

Per sententiam non transfertur dominium: ar. insti. de excep. §. in his quoque contra insti. de of. iu. §. cum ubi ex sententia tranfertur dominium.

Pœna unius est multorum metus: insti. de except. §. hodie autem in fi. C. ad. l. iul. repe. l. j. in prin.

Per sententiam non tollitur obli. insti. de excep. §. item si in iudi.

Pro egentibus debet condi seu corrigi. lex seu constitutio in auth. de non eligen. secundo nuben. in prin. col. j. l. assiduus C. qui po. in pig. ha.

Precium

Præcium consistere debet in pecunia numerata insti. de emp. & uend. §. item præcium.

Pater transiens ad secunda uota offendit filios primi matrimonij: in auth. de nup. §. uenient autem col. iij.

Princeps quamuis legibus sit solutus attamen secundum leges uiuere uult. l. digna uox. C. de leg.

Per inclinationem capitis non ualet stipulatio nec per leuationem digiti. l. j. §. si quis ita. ff. de uerbo. oblig.

Pignus à curatore furiosi datum ualet si utilitate furiosi exigente id fecerit. l. pignus. ff. de cura. furio.

Peruersa consuetudo non est seruanda in auth. de test. lib. §. j.

Pœna illius qui trahit alium ad non suum iudicem est quòd actor cadit à sua causa.

Pœna autem rei qui permisit se conueniri coram non suo iudice est quòd si feratur contra eum sententia ualet in odium sui. C. de iurisdi. om. iud. l. in criminali.

Parentes & liberos in infinitum dici ff. de in ius uoc. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id. §. in seruos ff. de pe. l. fin. §. generaliter.

Par in parem non habet imperium nec minor in maiorem. ff. a... rebel. l. ille à quo. §. tempestiuum. & ff. de ar. l. nam magistratus.

Polipus est piscis: polipus fedatio naris. no. glo. l. qui clauum. ff. de edil. edic.

Portatur leuiter quod portat quisque libenter not. glo. ff. de ex... u. l. tria onera.

Pendo do pœnas dum pendeo suffero pœnas. not. glo. in auth. ad hoc si administratio. in fi. glo. C. de iu.

Particularis solutio non minima incommoda habet. l. plani. ff fami. hercis.

Philosophi possunt allegari in causis: & etiam auctores insti. de emp

de emp. & uen. §. item præcium cum ibi no. in glo. ff. de solu. l. si pater. & ff. de iudi. l. proponebat. ff. de sta. ho. l. septimo. sed certè opiniones eorum multotiens reprobantur ut ibidē. & ff. de re. di. l. in tantum. §. fin. & l. sed diui. & l. iiij.

Posthumus non est in potestate patris. l. fin. ff. de col. bo.

Plus est hominem ueneno occidere quam gladio. l. j. ff. de maleſi. & mathe.

Pœna corporalis minor est quacunque pecuniaria. ff. de pœ. l. in seruorum. in fin.

Præses prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus. l. congruit. ff. de offi. præſi.

Plus ualet unius probatio quamplurium conceßio. l. per fundum. ff. de ſer.

Paruulus est puer minor. xxiiij. annis masculus: uel xij. fœmina: ita exponit glo. l. fin. in prin. C. de infan. ex.

Periurus puniendus est. l. pe. in fin. C. de interdic. uidui.

Pluralis locutio habet resolui in duas singulares. l. falsa in fin. ff. de condi. & demon.

Per receptionem pignorum non renunciatur debito de iure scripto. l. si pro mutua. C. si cer. pe. l. j. C. de pigno. & l. aduersus. C. de act. & obli.

Pro furto nemo debet mori: nec aliquod membrum abscidi. in auth. ut nulli iudi. l. habere loci obserua. nisi & c. col. vj. § pro furto. Contra de pa. iur. fir. §. siquis. v. solidos.

Papa non potest dispensare contra uotum castitatis: quia nullum inuenitur æquè bonum cum quo posset fieri commutatio: quia nihil est melius continentia: quia uirginitas replet paradisum ut. xxxij. q. j. c. nuptiæ. & j. q. iij. c. integritas. & castitas sola est quæ cum fiducia potest Deo animas præsentare ut in aut. de leno. §. sancimus. col. iij.

Promptum est leges legibus concordare. l. unica. C. de inoffi.

offi.do.& no.in.§.fi.in auth.de exhi.& intro.re col.v.

Rès *destruitur per plures successores. l. solet. §. j. ff. de adi. & ciba leg.*

Remittere *est dare. c. ueniens de testi. l. contra iuris. ff. de pac. l. Modestinus ff. de dona. l. si inter. C. de solu.*

Reuelat *Deus aliquando paruis: quod non reuelat magnis. l. potioris. C. de offi. rec. prouin. c. frustra. viij. dist. c. esto. xcv. dist.*

Redditū *non est quod est deterius redditum uel ita ut haberi nō possit. ff. ad exhibē. Iulia. §. sed & si cōmo. l. ij. §. j. depo. l. j. §. res. ff. de solu. & l. sed mihi. §. j. ff. commodati.*

Res dare *pro rebus: pro uerbis uerba solemus. glo. sin. c. ecclesias. in uersicu. ad hoc xij. q. j. Hiero. But. in l. si certis. C. de pact.*

Ratum habere *promittens dicitur non perseuerare si quoquomodo contraueniat. l. antepen. & fi. ff. rem ratam ha. ubi Bar.*

Regratiandus *non est qui facit quòd debet. l. si seruo circa medium. ff. de hæ. instit. l. ij. C. de ope lib. facit l. unum. §. si de fal. de l. ij.*

Responsio *debet fieri secundum interrogationem. l. si debitor. ff. de inter. act. & in c. inter dilectos. de fi. instru.*

Res *de facili reuertitur ad suam naturam. l. si unus. §. quod & in specie. ff. de pact. c. ab exordio. xxxv. dist. c. ij. de prebend. in ult.*

Rubri

Rubricæ negatiuæ non poteſt cõſenſu partium eius diſpoſitioni renunciari no.glo.Bar.& doc.in rubrica C.ne fide.do. den.idem in l.non poteſt.de leg.j.& in l.gallus. in prin ff. de lib.& poſth.ſequitur Ang.in probe.inſti.col.v.

Reipublicæ intereſt ut crimina detegantur.l.eum qui nocentem.in princ.& ibi Bar.ff.de iniur.& detecta puniantur vulg.lita vulneratus.ad leg.aquil.

Rex Franciæ facit expenſas pauperi ſecum litiganti.Bald.in l.magis puto.§.in primis.ff.de rebus eo.

Ripæ fluminis publici non ueniunt menſurandæ quando eſt uenditum prædium niſi hoc expreſſè dictum fuerit Bart. in tractatu qui incipit Tyberiadis.x.col.

Reprobato aliquo reprobatur quicquid uenit in eius concomitantiam ſiue ſit præiudiciale ſiue prænale.l.Seius & Augerius.ff.ad leg.falcid.ſecundum Bald.in l.ſi pactum.in princ.C.de colla.cum ſi.

Remedium ordinarium tollit extraordinarium.l.in cauſæ la y.de mino.cum ſimi.

Rex inſipiens eſt ſicut denarius æneus in cõputo mercatorũ. ita dicit Abb.in ſuo dictionario poſt Aegidium Romanũ in ſuo tractatu.de regi.principum.lib.y.c.vy.

Rudibus & imperitis gubernacula eccleſiæ non ſunt cõmittenda.ut in c.ſtatuimus.lxj.diſt.

Reſpondere obſcurè.& nil reſpondere paria ſunt.l.de ætate. §.nihil intereſt.ff.de interrog.act.& ibi Bar.& Alex.

Res inter alios acta non prodeſt alijs nec nocet:extra de re iudi.c.pe.

Reipublicæ intereſt habere per quos fiant ſacrificia quibus Dei cũ populo reconciliatio petatur puræq; preces offerantur quod ſacerdotum eſſe munus dicit text.in c.ipſi ſacerdotes.j.q.j.& in auth.quo.opor.epiſ.in princ.colla.j.

unde

unde & dicit Vlpia.iurecõ.in l.j.§.fi.ff.de iusti.& iu.publi cũ ius.l.utilitatem publicam in ſacerdotibus uſſari.

Res inter alios acta non præiudicat alijs. *l.ſed ſi poſ.§.fi.cum l.ante.& l.ſeq.& ibi no.pro & contra.ff.de iureiu.*

S

SVb maſculino genere continetur fœmininum. *l.j.§.j.ff. de conſti.pec.l.patroni.& l.teſtatio.§.ſerui.& l.pronun ciatio.ff.de uerb.ſig. l.qui duos mulos. ff. de lega.iij. l.tres fratres.in auth.iuſiu.quod præſtatur ab his.§.j.col.ij.*

Sub fœminino genere non continetur maſculinum. *ff.de leg.ij. l.ſi ita ſcriptum.*

Sic uolo,ſic iubeo,ſtet pro ratione uoluntas:not. gloſ. inſti.de uſucap.§.furtiue quoque ſuper uerbo. nam furtiuarum.

Si illud quod minus uidetur ineſſe ineſt:& illud quod magis C.de ſacro.eccle.auth.multo magis.

Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.inſt. qui.mod.tol.obli.in prin.

Solatium miſerorum eſt habere ſocios pœnarum. ff.qui & à qui.lib.ma.ſunt.l.proſpexit.

Sublato principali tollitur acceſſorium.l.cum principalis.ff. de re.iur.& l.ij.ff.ſi quis cauſ.& l.eos.in prin.C.de uſur. C.de.l.intelligere debes. C.de luitione pignoris.

Singulare aliquando ponitur pro plurali.ij.§.exactis autem regibus.ff.de orig.iur.& l.ex duobus. ff.de uulg.& pup. l.diuus.§.fin.& ff.de pet.hæred.l.j.§.ut initio.ff.de po.& ff.de uerb.ſig.in uſu.

Separatorum ſeparata eſt ratio. *ff. de iuriſ.om. iud.l.ſi idem cum eo.in prin.& l.ſi domus.ff.de ſerui.& l.pater fœmi nam.§.fi.ff.de condi.& demon.*

Societas ius fraternitatis quodammodo in ſe habet.l.uerum. ff.pro ſo.

Scien

Scientia nobilitat.l.prouidendum.in glo.C.de postu.

Simplicitas legibus est amica.insti.de le.ag.suc.§.sed simplicitatẽ.& l.manifesti.§.tales. C. de fur.& inst.de fideicõ. hære.§.sed quia.& ff.de do.l.j.in prin.

Sine causa neminem transigentem audit prætor.l.cum hi.§.in causa.ff.de transact.

Semper generalibus specialia insunt,ff.de re iu.l.semper.

Seruus in iudicio interesse non potest.C.de iud.l.seruus.

Seruus de iure ciuili nihil est.ff.de re iu.l.quòd attinet.

Sine corpore uis fieri non potest. ff.de ui & ui ar.l.j.§.idem Labeo.

Scĭtia potest donari non ŭdi. No. glo.in l.j.§.proinde.ff.de ua.& extraor.cog.& ff.de do.l.Aquilius.reg.Sic.& C.de epi.& cle.l.si quicquam.Contra.ff.de iur.l.cuius est.

Si aliqua fiant ad necessitatem non debent deduci. l.solent. §. non autem.ff.de offi.proconsul.

Si ego occiderim furem nocturnum non teneor.ff.ad leg.Cor. de sic.l.furem.

Scriptum est enim,cum rex iustus sederit super sedem non aduersabitur ei quicquã malignum: in epistola inter claras circa prin.C.de sum.tri.& fi.ca.

Septies in die cadit iustus in auth. de non ali.uel permut.re. eccles.§.aliena.usu. col.ij.no. per Accur. insti.de iu.& iu. circa princ.

Sufficit allegare naturalem rationem etiam sine le. l. fina. ff.de pœ.

Sententia est ferẽda pro eo qui fortiora iura allegat.C.de edi. di.Adri.tol.l.si iusta.quod notatur cum duæ rationes fortius ligent quàm una:insti.de nup.§.sacrum.

Sententia contra formam iuris lata nõ ualet. C. quando proc. non est ne.l.ij.

Socer

Socer obtinet locum parentis.l. quia parentis.ff.so.ma.

Secundũ allegata & probata iudex debet iudicare. l.illicitas. §. ueritas.ff.de offi.præsid. Contra.ff.de ferijs.l.ea.in fi.ubi dicitur quod iudex secundum conscientiam iudicare debet.

Sententia pro ueritate accipitur.l.ingenium.ff.de sta.ho.& l. res iudicata.ff.de reg iur.

Scholares diebus feriatis legere & scribere possunt. l.pe.in glo.ff.de ferijs.

Sub dubio forte respondent sæpe periti. No. glos.l.si duo rei. ff.de arbi & C.de appella.l.has qui.§.si quid autem in agẽdo.& l.inuitus.j.respon.ff.de procur.

Scire facit matheſis sed diuinare matheſis:no. glo.l.mathematicos C.de epi.au.idem.glo.super rub.C.de mathe.

Segnius expediunt commissa negocia plures no glos.ff.de admi.& peri.l.ij.§.ij super uerbo facilius.

Sermo datur cunctis animi sapientia paucis.no.gl in auth.de referendarijs circa fi.col.ij.

Sermo ad solennia non potest adhiberi.l.qui in testamento.ff. de testa.§.seruus.

Sufficit conditionem esse impletam siue in uita siue post mortem testatorum.l si quid hæredi.C.de instit.& substi.

Sensus magis inspicitur quàm uerba.l.ij.C.de interdi.& l.ij. C.de li.præte & l.Celsus.§.pe.ff.de contra.emp.& uẽn.

Sacrilegas dicitur qui rem aliquam sacram de loco sacro aufert.ff.ad leg.iul.pecu.l diuus.

Similis æquitatis ratio similia iura suadere debet.ff.ad legem aquiliam.l.illud.& C.ad leg.fal.l.ultima.

Sacramentũ reuocatur prætextu periurij. C.de re.cre.l.ij.& ff.de in li.iuran.l.fi.& ff.de re iudi l.post rem.

Sacramentum pro ueritate accipitur.ff. de iu.iur.l.sed & si pos.

Si ali

Si aliquis est in pœnam staturus non debet conuerti in premium.ff.de admi.le.l.legata inutiliter.& ff. de re iu.l.non fraudantur.§.nemo.

Satis absurdum est creditoribus,quidem ius suum persequentibus auxilium denegare.C.de iu.delib.l.sancimus.§.si uero creditores in fi.

Suffragium propriè dicitur illud patrocinium quod præstat aduocatus.No glo.super rubrica,C.de suffra.

Sequester est apud quem plures eandẽ rem de quo est controuersia deposuerunt.l.sequester.ff.de uer.sig.

Scapha est parua nauis sequens nauem magnam.l. scapham. ff.de cuict.

Stultus non debet melioris esse conditionis quàm prudens.l. seruus.ff.quod ui aut clam.& ff.de noxa l.non solum.cum multis alijs.

Sine accusatore nemo damnatur unde illud. mulier quis te accusat:nemo domine.l.scripto.§.si quis accusatorem.ff.de mu.& ho.

Si filius,ergo hæres,ad Galathas.iiij.c.& l.siue possidetis.C. de proba.

Stipulatio præsens non trahitur ad futurum: no.glo.de dam. infec.l.damni.§.si is.

Si uasallus fecerit amicitiam cum inimicis domini aufertur ei feudum.C.de inoffi testa.l.liberi.

Sexus uirilis præfertur sexui fœminino.l.i.ff.de sena.

Si aliquis furiosus imperatori maledixerit nõ punietur.l.unica.C.si quis imper.ma.nam afflicto non est dãda afflictio. l.diuus.ff.de offi præsi.

Sola attestatio approbata & alijs adminiculis non probata nullius est emolumenti l.solam.C.de testi.

Standum est parti maiori in cumulo debiti.l.maiorem.ff. de pac.

de pact.

Standū est maiori parti. ff ad muni. l. quod maior pars. & ff. de re. iur. l. aliud. §. j. & C. de decu. l. nominationum. x. lib.

Standum est sententiæ arbitri. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. siue æqua sit siue iniqua ut ibidem dicitur.

Seruitus est constitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur insti. de iure patro. §. seruitus autem.

Seruus debet domino suo tanquam potentiori obedientiam. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. fin. & §. filius. in auth. de nupt. col. iij.

Surripiens statim est in mora. l. fi. C. de condi. ob turp. caus.

Satisdatio idem est quòd satisfactio. l. j. ff. qui satis. cogan.

Sæpe unius opera plus ualent quàm alterius opera insti. de societate. §. nam & ita.

Seruus non potest esse tabellio. C. de tabellionibus. l. generali. & C. de adop. l. y. in glo. super uerbo seruo publico.

Sapientiis est mutare consilium. l. nunquàm. C. de col. bo.

Sine possessione non procedit usuca. l. fine. ff. de usuc.

Scientia inflat: charitas autē ædificat primæ ad Corin. c. vj.

Sciens rem alienam nunquam usucapit in ea. l. proxime alle.

Stipulatio fit ex interrogatione & responsione. insti. de uerb. obli. in princ. & ff. eo. l. j. si ex interrogatione præcedente & responsione sequente: ut. C. de usuris. l. j.

Surdus, mutus, absens non possunt stipulari. l. j. ff. de uer obl.

Strabo dicitur qui torto lumine uidet. No. glo. l. qui clauum. ff. de ædil. edic super uerbo strabonem.

Seruus dicitur à seruando non à seruiendo: ut no. glos. insti. de de iure perso. §. serui autem ex eo super uerbo serui autem.

Secundæ nuptiæ sunt odiosæ, in auth. de nupt. §. dissolutum. col. iij.

Seruus communiter est fur. l. iul. § item qui furem. ff. de act. emp. & uend. & ibi inde glo.

Solutio, uẽditio, traditio magis facti quam iuris est. l. consilio. § fin. ff. de cura. fu.

Sed qui natura nouas deproperat edere formas. Iste uersus situatur in proprio textu tituli quæ fuit prima causa beneficij amittendi. col. x.

Si illud quod minus uidetur inesse inest & illud quod magis l. nec in ea. § ius occidendi. ff. de adul. & stupro. & l. j. § quod ait prætor in fi. ff. de superficiebus.

Sacerdos non catholicus corpus domini conficere non potest. c. quid sit sanguis. de conse. di. ij. & c. utrum ea. di. & xxiij. q. schisma.

Semper qui dolo facit quominus haberet pro eo est habendus ac si haberet. l. ad ea quæ. § semper. ff. de re. iur.

Socij mei socij mei socij non sunt. l. consilij. § socij. ff. de re iu.

Semel hæres semper manet hæres. l. ei qui soluendo. ff. de hær. insti. etiã si res ei auferãtur. l. ex facto. § fi. ff. de uul. & pu.

Scholaris si non studet & intrat non gaudet priuilegio scholarium. l. semper. § ulti. ff. de iur. immu.

Salutarem rem diu subticentes reprehenduntur. l. si forte. ff. de pœnis in uer. quis enim. & per totum.

Scholaris proiectus si studeat in domo licet non accedat ad auditoria lectiones gaudet priuilegio scholarium. ita Bal. per illum textum in l. si cum dies. § quid est tamen. ff. de arbitris.

Seipsum ligare princeps non potest. ar. tex. in l. pe. ff. de arbi. c. fi. extra de instit.

Seruire inferiori uel deteriori se dedecus est. l. j. C. de senatusco. clau. tol.

Statutum ualet quòd capiens bannitũ fiat dominus eius. tex.

est sin. secundū Bal. ibi. in l. ij. C. quit. ad liber. procla. nō licet.

Scire propriè accipitur quādo quis falli non potest. gl. in l. scire leges. ff. de leg. improprie autem sciri dicitur quando uehementi opinione id sibi constat tex. est in l. ij. §. idem Iaheo. ff. de aqua plu. ar. C. ibi gl. in uer. sciat. & gl. in l. si duo. §. pe. ff. uti poss. sentit gl. in l. libera. ff. de pact. & gl. in l. si pater fa. in uer. scit. ff. de hæ. inst. per Alexandrum in l. j. in vij. col. uersi. secundo ad idem. ff. si cer. pet.

Sanus non eget medico sed male se habens. c. ecclesia Christi. de pœni. distin. j.

Serui pœnæ non sunt imperatoris serui. l. fr. in metallum est l. iij. ff. de his qui pro non scrip. ha. nec sunt fisci l. in metallum in fi. ff. de iu. fisc. sed contra de l. frustra. C. de sen. pe. sed solue ut ibid.

Subscriptio trahit ad se totum actum. & totum primum scripturam. Bar. in l. si testimonium. ff. de testi. facit. Imbertus. C. eo. no. Bald. in dubb. siquis in aliquo. C. de edend. Bart. in l. diuus. §. idem scribatus. ff. de fal. sequitur & refert Ang. in probe. insti. col. v.

Sufficit bene incepisse licet diuersus effectus sit secutus. ff. de nego. gest. l. sed an ultra.

Scholari non licet in domo sua inutilis socios suis retinere. gl. in l. non aliter. ff. de usu & habi.

Super facto princeps consulendus non est. ff. de testi. lib. & c. j. de consti. in vj.

Sileāt qui scripta tamen discurrunt. & propter frigiditatem stomachi. in eis contenta non digerunt. Saly. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. in ult. col. facit quod non notabiliter dicit Imo. in præfa. decreta. refert notabiliter Imo. in iiij. sua præfatione decretal. & dictum Saly. refert. Ias. in probe. insti. de actioni.

Sent

Sententia principis absque citatione ualet. l. fin. C. de legi. tene cordi quia est text. in contrarium in cle. pastoralis de re iud. uide Abb. in c. j. de cau. pos & proprieta.

Solet uerbum quando necessitatem inducat uide in l. solent. de ali. & cib. leg. ff.

Sententia illa fauorabilior uidetur quæ pluribus roboratur auctoritatibus & euidentiori ratione firmatur. text. in c. qui recedit in fi. de pœn. distin. iiij.

Semel quod est semper erit. l. & si sine. § sed quòd papinianus ff. de mino. & ff. de hære. instit. ei qui soluendo in fin glo. in §. restituta instit. de fideicommiss. hære. contra in §. ut autẽ. in auth. de non alie.

Semper qui non prohibet per se interuenire mandare creditur. l. semper qui. ff. de reg. iur.

Si quis obligatione liberatus sit potest uideri cœpisse. l. si quis obligatione. ff. de reg. iur.

Surdus, mutus & perpetuo furiosus, & impubes non possunt esse iudices, quia huiusmodi pœnæ iudicio i. discretione carent. iij. q. vij. §. tria & ff. de iudi. cum prætor. §. non autẽ.

Suspicio est triplex temeraria de qua in c primo semper. ij. q. j. quæ quidem expurgationem non inducit. probabilis quæ expurgationem inducit ut. j. q. v. presbyter. uiolenta quæ ad condemnationem sufficit: ut xxxij. q. j. dixit dominus. tamen quandoque uiolenta suspicio uel præsumptio non sufficit ad condemnationem: ut extra de testi. cogen. præterea. extra de præsump. literas in fi.

Subrogatus sapit naturam illius in cuius locum subrogatur. Litem ueniunt. § prædiximus. ff. de petit. hære. glo. in l. certi conditio in prin ff si cer pet.

Singula quæ non prosunt multa collecta iuuant. l. instrumenta. & l. rationes. C. de proba. cum simi. ut per gl. in l. ij

in prin. ff. de excu. tut. & gl. in c. tres sunt de pen. dist. j.

Scientia legalis est infinita ut dicit gl. in §. cúmque in probe. inst. & l. ij. ff. de iur. & fac igno. quod non contingit in alijs artibus.

Scholares debent obedire præceptis magistrorum sicut præceptis patris: ut dicit glo. in l. liberto. ff. de obsequijs.

Statutum non porrigit uires suas extra territorium statuentium. l. fi ff. de iurisdi om. iudi. & l. ex ea. ff. de postulan.

Scientia rei alienæ etiam sine mala fide impedit præscriptionem. Bald. *in l. nec creditores.* C. *de pig. ac. ubi etiam glo. in uer. longi.*

Simonia est dare pecuniam pro administratione pauperũ & hospitalis. xxij. q. viij. § . quamuis in auth. de san. epis. § . sed neque col. ix. arg. c si quis omnem. . q. vij.

Sermones uerißimi sunt illi qui consonant rebus sensatis & uerißimilibus ita. Bal. *in rubrica.* C. *de proba.*

Sententia lata contra rationem legis loquentis in alijs terminis non ualet. Abb. *post.* But. *in c. sententia de senten. & re iudic.*

Scire debet quisque ad alium pertinere quod suum non est. C *unde ui. conquerebatur.*

Sui hæredes sunt fauorabiliores extraneis. l. inscripto. §. fin. ff. unde liberti. & ideo dicit beatus Augustinus *qui noluerit filios exhæredare & ecclesiã instituere alium quærat quam* Augustinum. *c. quicunque xvij. q. iiij.*

Scripta ueteris testamenti hodie non ligant nisi sint in nouo repetita ut no. in. §. his ita respondetur. vj. dist.

Septem mulierum proprietates enumerat Ioannes neuizani *in sua sylua* Nuptiali col. xvj. *sanctas enim dicit in ecclesia: Angelos inaccessus:* Demones *in domo :* Bubones *in fenestra picas in porta capras in horto: fœtorem in lecto.*

Script

Scriptura facta uel subscripta me mandante uidetur à me fieri. c. cum inter. de sen. & re iudi. & ibi Feli. nu. ix. Domi. in c. si pro te in prin. de rescrip. in vj.

Sponsus nec spõsa non dicitur post perfectum matrimonium. Cardi. in rubrica desponsa. & ibi etiam. d. Anto. sed maritus & uxor cum sit adimpleta promißio.

Sequentia declarant præcedentia. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. cum simi.

Senes mali dicuntur iuuenibus laqueum ponere tex. est in c. paulus. in ij. q. vij. & idem malis prælatis quia laqueũ subditis inijciuntur: trahitur enim eorum uita facilè à subditis in exẽplum. c. magnæ de uoto. c. præcipue. ij. q. iij. idem in his qui peccatoribus blandiũtur: ipsos ex eorum iniquitatibus comendantes: ea enim commẽdatione fit: ut ad peccandum reddantur procliuiores. c. sunt nonnulli. xl vj. di. idem generaliter in omnibus sacerdotibus suam uitam morum peruersitate fœdantibus: tales enim dicuntur uerti in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalũ. ita dicit tex. in c. transferunt in fi. xxiiij q. iij.

Sententia formanda est secundum libelli tenorem alias si iudex contra uel præter libelli formam pronunciet fatuus reputatur ut dicit tex. in l. ut fundus. ff. cõmuni diuidun. & c. licet hely. extra de symo. & l. fi. C. de fideicom. liber.

T

TEmpus non est modus inducendæ uel tollendæ obligationis. lege obligationum fere. §. placet. ff. de actionibus & obligationibus.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum ff. de in ius uo. l. sed si hac lege. §. prostituta. & in auth. de præsi. prouin. §. ex diuerso. super uerbo exemplum. col. ij.

Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia de eo quod

quis fieri uoluit post mortem suam. l. j. ff. de testamen.

Testamenti factio non priuati sed publici iuris est: ideoque priuatorum pactis forma eius non læditur. l. iij. ff. de testa.

Testes & instrumenta eandem uim obtinent. l. in exercendis lutibus. C. de fi. instru.

Tela appellatione & ferrum & fustis & lapis & omne quod nocendi causa habetur. l. si pignore. j. de furtis.

Testamentum militis non potest querelari. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. test. hoc est uerum in milite mutante: secus est in ueterano.

Tantum punitur affectus quantum effectus. l. is qui in telo. C. ad l. cor. de sicca. & C. de epi. & cle. l. si quis non dicam. Contra. ff de pe. l. cogitationis. pe.

Tandiu societas durat quandiu integer consensus partium durat. l. tandiu. C. pro so. & inst. eod. §. manet autem.

Tacita uoluntas ualet. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. l. patre furioso. c. circa fi. & ff. so. ma. l. ij. §. uoluntatem.

Tria uel quatuor sunt multa. ff ad silley. l. j. §. scripto.

Tempus ignoranti creditur. ff de iur. & fac igno. l. j. in prin. & ff de his qui no. infa. l. genero unquit.

Tristibus & desolatis propter mortem sui parentis est consulendum. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. hæ. transf.

Testamentum patris in quo filius est præteritus non ualet: insti. de exhæ. li. in prin. & ff. de li. & posthu. l. inter cætera.

Turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda. l. in heredem. ff de calum. & l. uideamus. ff quod met. cau. & C. ex delic. defun. iniquam here. conue. l. unica.

Testator potest aliquem extraneum & penitus ignotum heredem instituere. l. extraneum penitus. C. de here. insti.

Tempestas uel infirmitas uel uis fluminis aliquem excusat. l. ij. §. si quis in iudicio. ff si quis cautionibus.

Thes

Thesaurus est uetus quædam depositio pecuniæ cuius non extat memoria l. nunquam §. j. ff. de acquir. re. do.

Tutor in re pupilli tunc domini loco habetur: cum tutelam administrat non cum pupillum spoliat. ff. pro empto l. qui fundum §. qui tutor.

Tres negationes faciunt unam negationem. l. j. § nõnunquam ff. de cadaueri. punitorum. & ff. de col. bo. l. nonnunquam.

Traditionibus & usucaptionibus dominia rerum non nudo pacto transferuntur. l. traditionibus. C. de pact.

Tempore interdicti potest missa celebrari in die dominico ianuis clausis & campanis non pulsantibus: sed in quatuor festis scilicet in die Natalis domini, Paschæ, Penthecostes, & Assumptionis beate uirginis: tamen potest celebrari ianuis apertis, & campanis non pulsantibus: extra de sen. excom. c. alma. libr. vj.

Testes antiquiores sunt cæteris præferendi. c. dilecto de offi. Archid. xxxv. q. vij. consanguineos. & c. uidetur qui mag. ac. pos. ff. de le. iij. si chorus. §. j. & xx. dis. de quibus ab illis enim requirenda est ueritas quibus lux ueritatis potius assistit. iiij. q. iij. si testes. l. presbyteri. C. de epi. & cle. & ibi Bald.

Transactio in spiritualibus interuenire non potest proprie sumpto uocabulo extra de transac. super eo. amicabilis autem compositio posset de transac. c. statuimus arg. ad hoc extra de præben. nisi & de re. permu. c. fi.

Tacitum plus operatur quam expressum bonus tex. in l. si quis sempronium. ff. de hære. insti.

Tacitum id est factum. l. j. C. de rei uxo. act.

Testator in dubio præsumitur uelle exonerare hæredem. l. eum qui. ff. de an. leg.

Tales erga subiectos nostros debemus existere quales nos

si subiecti fuissemus nostros uellemus esse præpositos. c. quorundam. lxxiiij. distin.

Tanto quis est melior quanto melioribus præest in auth. de defen. ciui.

Tempore necessitatis omnia debent esse communia. l. iij. §. cum in eodem. ff. ad l. rhodiam de iact. & xij. q. j. duo. & q. ij. aurum. & lxxxvij. dis. non satis glo. in c. sicut. xlvij. dis.

Talia sunt subiecta qualia prædicata permittunt. l. transigere. C. de transac. & l. quotiēs. C. fami. hær. l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. j.

Taciturnitas in casu in quo habetur pro consensu non est potens ad inducendum pactum. Areti. sing. in l. ij. ff. de leg. vj. per tex. in l. ex pollicitatione. ff. de pollici.

Testamento uno possunt duo testari. l. patris. ff. de uulga. & pup. l. licet ubi. Hiero. But. post doc. moder. C. de pact.

Testes instrumentales dicentes quòd non recordantur de dictis in instrumento non facit eos uacillare. Bar. in l. si librarius. ff. de re iudi. idem in l. exercendis. C. de fi. instru. Hiero. But. in l. sciendum de uer. obli.

Transactio licet non posit fieri nisi super lite poterit tamen fieri ante litem contestatam. l. ij. C. de transac. Hiero. But. in l. postquam liti. C. de pact.

Testator magis præsumitur diligere nepotes quā extraneos: l. cum auus. ff. de condi. & demon. l. lucius in fi. ff. de hære. insti. glo. in l. j. C. de do. cau. mor.

Testatoris uoluntas est lex. §. disponat in auth. de nup. hoc est uerum in fauorem illius cui relinquitur. ita. Bar. in l. titio centum in prin. de condi. & demon. in testamento de uerb. sig. in l. j. C. de pact. & ualet. arg. de uerbis legis ad uerba testatoris. l. siquis ligauerit cum præce. de leg. j.

Testatoris uoluntas nedum expresse sed etiam per cōiecturas

uidet

uidetur reuocari.l.iij.§.fin.ff.de adi.leg.

Tacens in præiudicialibus habetur pro contra dicente ut traditur in regula is qui tacet de re.iur.lib. vj. & traditur in l.qui patitur.ff.man.

Talis quis præsumitur qualis est eius patria:ut dicit Bart. in tract.de gelfis & gebelinis.quem refert & sequitur And. sicu.in repe.c.raynaldus in iiij col.de testi.

Testibus dicentibus uerisimiliora statur cæteris paribus.l.iij. & l.ob carmen.§.si testes.ff.de testibus. Abb.& Inno. in c accedentes de præscriptio.

Talia sunt subiecta qualia permittunt eorum prædicata: ut est glo.multum singu.in c.dudum in fin. de deci. dicens per hanc auctoritatem philosophi quòd talis præsumitur fuisse libellus qualis est sententia.

Testamenti factio & hæreditas est de iure gentium inuẽtione quia maiores nostri in ueteri testamento utebantur testamenti factione actiua & paßiua. Bar.in l. interdum.ff. de condi.inde & in rub.ff.de acqui.hære.

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes.c. quemadmodum de iureiur. cum simi.

V

VErba debent intelligi secundum materiã subiectam.l. si uno anno.ff.loca.& conduc.

Vbi unum propter alterum utrobique tantum unum. ff. pro dona.l.fin.

Vinum uetus præualet nouo uino.l.cum quid.ff.si cer.pe.

Voluntatis est suscipere mandatum neceßitatis consumare susceptũ.ff.commo.l.in.cõmodato.§.sicut& insti.e.man.§.pe.

Variè sunt hominum uoluntates.ff.ad treb.l.quia poterat. & C.de emanci.lib.l.non nudo.in glo.Cõtra.C.de adop.l.cum enim.& C.de re.ali.l.j.

Violans uel transcendans muros castri uel ciuitatis sine licentia principis capite puniatur. l. fin. ff. de re. di.

Vinum lætificat cor hominis. Not. glo. l. j. ff. de peri. & com. rei uendi.

Vniuscuiusq; rei princi. potentissima pars est. ff. de orig. iu. l. j.

Vox unius, uox nullius. C. de testi. l. iuris. §. simili modo.

Vox patris est uox filij & econtra. institution. de inutilib. stipul. §. ei uero.

Vox serui est uox domini. ff. de dam. infec. l. si seruus. & inst. de inutil stip. §. ei. Contra. ff. de stip. ser. l. ij & l. antepe.

Vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt. l. pupil. in fi. ff. de his quæ in frau. cre. & inst. in prohemio.

Vanæ uoces pupilli non sunt audiendæ. C. de pe. leg. decurio.

Verba debent intelligi ut de aliquo operentur. ff. de lega. j. si quando.

Verba transposita idem significant. l. præposteri de testa. & l. cum pater. §. fidei tuæ committo. ff. de leg. ij.

Vtile per inutile uitiatur. l. sed & si decem. ff. de const. pec. & l. j. §. pe. ff. de uer. obl. & C. de la. li. tol. l. unica. §. illo procul dubio. in glo. & ff. de arbitr. l. pedius. contra. ff. de regul. iuris. l. actus

Vbi maius periculum ibi cautius est agendum. l. j. §. si quis. ff. de carbo. edic. & C. de furtis manifestissimi.

Vim ui repellere licet. l. j. ff. de ui & ui ar. & l. iij. §. cum igitur. & C. unde ui. l. j. ff. de iusti. & iure. l. ut uim. & ff. ad l. acquil. itaque. in prin. & l. scientiam. §. qui cum mulier.

Verba cum effectu sunt accipienda. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uoc. est ui. exi. & ff. ne uis fiat ei. j. §. hæc uerba. & ff. de uerbo. sig. l. nomen. fil. §. fin. & l. debitore. & ff. quod quisque iur. l. j. in fin.

Vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem ius. ff. ad legem aquiliam

liam.lege illud.

Verba imperatiui modi non habent primam personam: no. glo. penulti.ff.de arbi.

Vbi malum principium malus finis sequitur.l.in uniuersis.C. de.tu.

Voluntas testatoris est magis inspicienda quam uerba. ff. ad trebel.l.ubi.§.& ego.

Vbi pecunia deest in corpore suppletur.ff.de in ius uoc.l. fin. & ff.de iurisdit.om iudi.l.si quis id.§. in seruos. & ff. de pæ.l.fin.§.generaliter.

Vniuscuiusque contractus initium spectandum est. ff. mand.l. si procur. in prin.

Valde inhumanum est à nemine accipere.l.solent.§.nos uero. ff.de offi.proconsu.& leg.

Vsucapio proprie fit in rebus mobilibus. & præscriptio in rebus immobilibus. Not.glo.l.).ff.de usu.& inst.e.§.iij.

Voluntates legitimæ contrahentium seruandæ sunt.l.pe.in fi. C.pro soc.

Vitio naturali parcitur.ff.de dam.infec.l.fluminũ.§.uitium ff.ad legem aquil.l.si seruus seruum.§.fornacarius.

Voluntas & propositum distinguunt maleficia. ff. de furtis.l quæ iniuriæ.

Vnius factum alios non debet trahere ad periculum.ff.de offi. præsi.l.illicitas.§.sicut.& ff.ad legem aquil.l.si seruus ser uum.§.cæterum.

Vsucapio est legalis alienatio.ff.de uerb sig.l.alienationis.

Vno contextu actionis testari oportet.l.hæredes.§.fi.ff de te stā. Est autem uno contextu nullum actum alienum testa mento immiscere.

Vsufructus est ius alienis rebus utendi fruendi salua rerum substā.l.).ff.de usufr. &.C.eo.l.).in gl.& inst.eo.in prin.

Vterini

Vterini dicuntur quasi ex eodem utero nati & non ex eodem patre. ita exponit glo.l.fratres.C.de inoffi.te. & instit. de leg.ag.me.§.j.

Videor agere quod per alium gero.l.ita. §.gessisse.ff.de admi.tuto.contra.C.de thesau.l.j.§. in alieni. lib. x.ff. de ui. & ui ar.l.cum fun.§.quæsitum.

Vtilitas publica est præferenda priuatæ.l.iij.C.de primipilo. li.xij.circa fi.li.ff.pro.so.l.actiõe.§.labeo.& c.bonæ.l.extra de postu.C.de cadu.tol.l.unica.§.fi.circa fi. C. de ope.pu. l.si quoniã concessa.l.ij.§.siquis municipalis.ff.si quis cau.

Vsuræ non propter lucrum potẽtium sed propter morem non soluentium infliguntur.ff.de usur.l.cum quidam.§.usu.

Voluntas & propositum distinguunt malefficia.ff.de fur.l.quæ iniuriæ.insti de obli.quæ ex delic.nascun.§.sed placuit super uerbo si se intelligant.& C.ad legem cor.de sic.l.j

Vbi non est matrimonium ibi dos esse non potest. institu. de nup.§.si aduersus.

Virtutum præmia merentibus tribui conuenit. C. de sta.& imagin.

Vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus.ff.de publi.l.de præcio.ff.de offi.præsi.l.præses.ff.de iudi.l.ij.§.conuenire:in fi.de.offi.præsi.l.iij. ff.de aliena.l.j. §. qui uero. ff.de postu.l.quos prohibet cum simi.multis.

Vltima uolũtas est seruãda.l.j.C.de sa.ec. ubi aliud prohibetur & eius simile.ff.mã.l.fi.ff.de iu. l.sed & si.§.ex quib'.

Vbi inceptum est semel iudicium:ibi & finem accipere debet. l.ubi.ff.de iudi.

Verba enunciatiua aliquando operantur dispositionem.l.j. C.de fal.cau.

Verborum adminicula fides ueritatis non desiderat.C.si mi. se ab hæ.absti.l.j.

Volun

Voluntas testatoris pluriúmque magis inspicienda est quam uerba.l. cum unum. C.de fideicommiss.ff. ad legem falcidiam pœnale. §.fin

Vt idem est quòd sicut:ita exponit glo.l.j.C.de proba.

Vitiosa possessio iuuat aliquem contra extraneos. l. fin a.ff.de acquir.pos.

Vno malo præcedente sequuntur & alia:in auth. ut iud. sine quoquo suffra.fi. §.considerauimus.col.ij. super uer.elicitam.in glo.

Vnus actus inducit consuetudinem. C.de epi.aud.l.iij.in fin.

Vbi est eadem ratio idem ius esse debet.ff.de fonte.l.j.§.interdum.ff.de adul.l.si postulauit. §.ij.ff.de eden.l. quidã num mularios.insti.quòd cum eo.§.istas. ff. nautæ caupo. sta.l. nauta.§.fin.ff.ad legem aquil.l.illud.

Vbi habet locum commune auxilium non debet peti extraordinarium.ff.de carbo.edic.l.causa sine.ff.ad municip.l.j.in fi.ff.de eden.l.quidam.in prin.

Vbi emolumentum ibi & onus.insti. de emp.& uend. §.item præcium. & C.de furt.l.fin.§.alia dubitatio.& .ff.de act. empt.l.iul. §.ex uendito.& C.de cadu. tol. l. unica.supra proxi. & ff.de re iud.l.secundum naturam contra.ff.de pol.qui proprio.§.ut in cæteris.

Vbi possessor & petitorum iura sunt obscura.magis est iudicandum pro possessore. institu. de interdi. §. commodum autem.

Venditor ante traditionem est dominus rei uenditæ. institu. de empt.& uend.§.idem & in cæteris.

Vxores à uiris defendi debent non econtra.institut. de iniur. §.patitur.

Vno inconuenienti dato sequuntur & plura in auth. ut iudi. sine quoquo suffra.fi.§.sed aliud.col.ij.

Vnum

Vnam concubinam habens non plures caste uiuit. in authen. de tri. & se. §. nam si hoc non constet. col. iij.

Vbi non est matrimonium nec dos esse potest. insti. de nupt. § sed si aduersus.

Vnus testis solummodo inducit præsumptionem ff. de iureiur. l. si duo patroni.

Vbi nulla petitio ibi nulla mora. ff. de uerb. sig. l pup.

Vltima mora nocet. l. cum prætor. § si aliquando. ff. de no. ope. nuncia & ff. de peri. & commo. rei uendi l. illud. & l. si mora. & l semel mora ff. solu matri.

Viuens moritur: mortuus non moritur: nec ultra mors ei dominabitur. Not. glo l iij. ff. quando dies. le. ce.

Victus victori in expensis debet condemnari. l. properandum § sinautem. C. de iudi & C. de euic. l. j. in glo.

Vana timoris nō est iusta excusatio. l. uani nō est. ff. de reg. iur.

Vnusquisque annus habet. ccclxv. dies. ff. de sta. lib. l. cum hæres. §. stichus. & l. ita uulneratus. ff. ad l. aquil.

Volenti non infertur dolus. C. de transact. l. cum donationis. & ff. de condi. indebi. l in summa. § fi. & C. de rescin uen. l. uenditor. & ff. de reg. iur. l. nemo uidetur.

Vis est maioris rei impetus quæ repelli non potest. ff. quod me. causa.

Vnicuique factum suum non aduersario nocere debet ff. de regu. iur l factum.

Voluntates defunctorum sunt seruandæ: in auth. de nup. § disponat. hoc est uerum: uoluntates dispositiuæ & non uoluntates enunciatiuæ: ut C. de proba. l. rationes. & C. communia utriusque. l. scripturæ. in authe. de inreiu. ā mo. præsti. § j. col. v.

Vicarius omnia potest quæ pertinēt ad iurisdictionem illius cuius uices gerit. C. de offic. eius qui ge. ui. ad. l. xciij. distinc. c. ulti

c.xlii.& xciiij.di. c. j. quædam tamen sunt quæ sine speciali mandato attentare non debet.c. quod translationem. de offic. dele.

Verbum æquiuocum in dubio sumitur in partem digniorē & potiorē inst.de iu.na.gē.& cin.§. ius autē ciuile.& l.j. §.qui in ppetuū.ff.si ager. uec.& l.quæritur.ff.de sta. ho.

Veneratio quæ Deo tenemur appellatur religio:quæ est inter patrem & filium appellatur pietas:illa uero quæ est inter libertum & patronum appellatur obsequium: quæ uero est inter hominem, & hominē appellatur officiū humanæ naturæ: ut est glo.ord.in l.obsequio. C.de nego.gest.

Voluntas testatoris etiam ex testimonio nulla declaratur.l.fi. & ibi Bar.ff.de reb. eod. & Bart. in l.qui à patre.ff. de condit. tut.per illam text. Bart. in l. gerit. col. iiij. ff. de acquir.hær.uide Decium in c.ex tenore.in iij.col.in fi.pe. glo.de rescrip.uide in contrariū Cremonensis in quadam allegatione fin.sing.suorum col. fin.

Vir non reddes debitum uxori dote abutitur.l.si cum dotem. §.sanè.ff.solu.matrim.

Voluntas non sufficit ubi opus est facto.c.j. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser.c.cum aliquibus. de re iudi.

Voluntatis impedimentum alicui dicitur præiudicium.§.huic autem.cum seq.insti.de actio.

Vitium libidinis principaliter homini tribuitur. l. unica. C. de sena. consul.elau.tol.

Vestimenta famuli potest dominus retinere quando recedit si ea ex causa facta erant ei a domino ut uteretur glo. est not.in l.si uestimentum per illum text. ff. de pecul. & ibi allegan plures text.

Vbicunque aliquid habet principaliter unam naturam secundario aliam debemus secundum principalem illud iudica-

re non

re non ſecundum ſecundariam tex. eſt in l. & ante omnia quæ eſt.l.fi.ff.de impen.in re do.fac.eſt glo.ſingu.in c.ij.in uer.detrimentum de pact.libro vj.

Voluntas coacta non eſt ſimpliciter uoluntas, ſed uoluntas conditionalis. Barto. in extrauag.ad reprimen.in uerbo uidetur. Hiero.buti.in l.ſciendum.ff.de uerbo obli. Decius in c cum.M.in xiij.col de conſti.per glo. in c.notificaſti. xxxiij.q.v.& in l iiij ff.de re.iur.

Verba debent intelligi ſecundum qualitatem perſonæ.l. plenum.§. equitij ff. de uſu & habi.& ſecundum naturam diſpoſitionis ſuper qua interponit.l.in inſulam.ff. de præſcript.acr.l.ſi uno. in prin. ff. loca. & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui ſunt.de uer.ob.

Verbum ut poßit importat neceßitatem. l. fideicommiſſa.§. hæc uerba.ff.de leg.iij.

Via plana & facilis per difficilem & inuſitatam relinquenda non eſt.§.his itaque.& ibi not. Ange.contra mulionesnuncios: & barcherolos inſti.de iuſti. & iu.facit.l. rem non nouam. C.de iudi. fallit niſi uia inuſitata eſſet magis tuta l.fi.§.cum autem gemini.C. de iure delib.pro primo dicto facit tex.in l.non ſolum.§.j.ff.de excu.tuto.& l.ij.C.de cu. pu.li.xij & ibi.Bar.& l.qua actione.§.j.ff. ad legē aquil. nec per uiam ſuſpectam eſt eundū.Leos. §.fi. & ibi not.ff. de fal.per Bart.in l.j.in ſi.ff.ſi quis cau.

Verbum plurale diuiſim acceptum geminat ſignificatum ſingulis extra de diuor.gaudemus de condi. & demon.falſa §.fi.& ff.de lega.ij.qui concubinam.contra.C.de impube. & alijs ſubſti.quæ uis.& l.cum quidam.& l. generaliter

Verbum multiplicans mutat ſubſtantiam obligationis. ff.de uſur.ſi ſtipulatus.& ff. ſi quis cautio.l.j.contra de au.& arg.leg.pediculis.§.labeo.& de condi.inſer.l.j.

Verba

Verba sunt spectanda non qualitatem. C. de cadu. tol. l. j. §. fuerat. xxvj. distinctio. relatum. & ff. de ope. no. nunc. l. j. §. prætor. de ui & ui ar. l. j. §. ulti. contra sensum non uerba spectanda. c. intelligentia. de uerbor. significat. j. q. j. Marchion &c.

Verbum in dubio debet intelligi in specie non quòd loquatur in genere tex. est & ibi Bar. in l. hoc legatum. ff. de lega. iij. circa cuius intellectum uide omnino Soci. in rubrica. ff. de uulga. & pupil. in secunda lect.

Vim ui repellere licet. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. & l. sciendũ. §. qui cum aliter. ff. ad leg. aqui. & l. j. C. unde ui. & in c. significasti. extra de homicid. cum notatis in dictis iuribus. facit quod habetur in l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad legem aquil. cum similibus.

Vigilare licet unicuique pro commodo suo etiam in alterius dãnum. l. pupillus. in fi. & l. qui ante. §. sciendum. ff. de his quæ in fraud. cre. l. fi. C. depos.

Vnusquisque naturaliter mouetur ad tuendos mores patriæ. Lueluti. ff. de iusti. & iure. & hinc est, quòd qui natus est ex partialibus præsumitur partialis, ut dicit Ang. in l. si fugitiui. C. de fer. fug.

Vsu usitatior non alia attendi debet. Abb. in ij. q. post Ioan. And. in c. cùm uenerabilis. de exceptio.

Verba narratiua non disponunt. c. si papa. de priuileg. in vj. cle. si summus. de sen. excommu. & ideo dicit Lud. de Roma. singula. exc. quod incipit spectabilis domine quòd uerba iureconsulti narrantis factum non possunt allegari pro lege. pro quo adducit glo. quam dicit singula. in l. ibi uel die ij. C. quando non peten. par.

Vbi inuidia ibi dolus & corruptio. l. ij. C. quando & quibus quar. pars debe. lib. x.

Vbi maius periculum intenditur ibi procul dubio est plenius consulendum. c. ubi periculum. de electio. in vj. unde dicit Ioan. de Ana. in c. ordinando. extra de simo. quòd propter exemplũ deberet curia Apostolica præ cæteris abstinere à simonia. c. magnæ. de uoto. c. in causis. de re iudica. & ideo dicit text. in c. præcipuè. xj. q. iij. scire debent prælati quòd si unquàm peruersa perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos peruersitatis exempla transmittunt: unde necesse est ut tanto se cautius à culpa custodiant quanto per praua quæ faciunt non soli moriuntur. Ad idem est aureus text. in c. iij. xxx. q. v. ubi dicit Romanus pontifex ad nostrum reatum tendit si paternarum regulæ sanctionum nobis consentientibus uel negligentibus uiolentur.

Verba potius sunt intelligenda in sensu naturali quàm in ficto. l. fi. C. de his qui ue. æta. impe.

Vbi lex aliquid fieri certo tempore requirit non sufficit posteriori tempore celebrare. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæredi.

Verbum ex integro rem perfectam significat. Specu. in tit. de hære. in fine.

Voci suæ magis credendum est quàm mortuæ. in auth. de fide instru. §. si uero. col. vj.

Verba statuti aut consuetudinis non adaptantur ad impossibilia ipsi statuenti. Bald. in l. fi. §. in computatione. in fine. C. de iure delibe. idem Bald. in l. fi. in v. col. C. de sacrosanctis ecclesiis.

Vbi est concurrentia allegationum canonum & legum à canonibus incipiendum est, propterea quia canonistarum subiectum dignius est. ita dicit Abbas in c. inter alia. de immunita. eccle.

Vbi di

Vbi aliquid pro forma datum est æquiparantur præter & contra glo. in c. si cui. de elect. in vj. Abb. in c. causam quæ. de senten. & re iudi.

Verba debent intelligi secundum qualitatem personarum de quibus agitur. l plenum. § æquitij. ff. de usu. & habi.

Verborum prolixitas à iure respuitur: ut l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appella.

Vbi confusa præit interrogatio certum respondentis testimonium esse uix potest.

Additio. Zona non uenit appellatione pannorum. Bar. in l. dium. in ij. nota. ff. de bo. dam.

Finit tractatus nuncupatus Flores legum: aut congeries authoritatum iuris ciuilis. In quo authoritates ordinantur secundum ordinem alphabeti, cum allegationibus librorum ex quibus sumuntur: & l. & §.

LVGDVNI,
Excudebat Symphorianus
Barbier.